




E144





PRINCIPVM ET  
REGVM POLO:  
NORVM IMAGI:  
NES AD VIVVM  
EXPRESSÆ.

Quibus adjectis sunt breves  
singulorum historię et res  
præclare gestæ, ut lectori  
et oculos et animum simul  
his quasi speculo humanę vitę  
inspiciendo pascere liceat.

Cum Privilegio

NIHIL EST  
QUOD ÄQVE EXORS:  
NAT PRINCIPEM AC  
CLEMENTIA ET LI:  
BERALITAS.



REVERENDISS.<sup>MO</sup>  
ATQVE ILLVSTRIS  
SIMO PRINCIPI AC  
DOMINO, D<sup>r</sup> GEOR  
GIO RADZIVILIO,  
S<sup>r</sup> R<sup>r</sup> E<sup>r</sup> TIT<sup>r</sup> S<sup>r</sup> SIXTI  
CARDINALLEPIS  
COP<sup>o</sup> CRACOVIEN  
SI, DVCI SEVERIEN  
SI, OLICAE ET NIES  
VVSIEZ, &c. DOMINO SVO  
CLEMENTISS.<sup>MO</sup>, OB EGRE  
GIAM IN CHARAM PA  
TRIAM NAVATAM OPE  
RAM, HAS REGVM POLO  
NICORVM VIVAS IMA  
GINES, SVCCINCTIS  
HISTORIIS ILLVSTRA  
TAS, STVDIO AC SVMTV  
SVOPROGVRATAS AR  
NOLDVS MYLIUS L. M.  
DEDICABAT CON  
SECRABA T  
Q V E.



af No 1





Lagrus Avis Princeps, maior virtutibus heros,  
Maximus inucta Religione pugil,

Lob. Hogenberg.

Quem decorat quidam diuina genitrix formus  
Et sibi commisit seria cum griges

sculp.

innes we flatter  
the wind to us like a tail wind

4

affectionately

*Zodarion Jarmakii*

1860  
Aug 1st  
The  
Zodarion Jarmakii  
is a small  
spider of  
the genus Zodarion  
and is found  
in the mountains  
of Armenia.

LECHVS I. POLON ORVM  
PRINCEPS

N. I.

**L**ECHVS I. nobilis externus, procul dubio vel ob res inter suos præclarè gestas, vel ob egregias animi dotes, foris accitus, primus ad imperij dignitatem à libero populo euectus est, circa annum à nato Christo 550. Gnesnam urbem, omnium totius Polonię primam, condidit. Albam aquilam erectam expansis alis, pro publico imperij insigni accepit. Inde adhuc Poloniæ regnū illud insigne gerit. Quando mortuus sit, & quamdiu regnauerit, certò non constat. Posteriorius ad centum quinquaginta annos imperio potiti perhibentur. *Cromerus*  
*in fine libri primi, & initio libri secundi.*

A

CRACVS.



CRACVS

N. 2.

**R A C V S.** Extincta Lechi stirpe, non  
vni principatum deferunt: sed 12. Palati-  
nosex tota gente excellentiores eligunt,  
quibus diuisa in 12. Palatinatus Polonia, sum-  
mā rerum cōmittunt. Non diu post, horum im-  
perij pertæsi, iterum ad vnu aliquē Reip. guber-  
naculis præficiendum, Gnesnam conueniunt, i-  
biq; insignem virū, iustitiae & integritatis fama  
clarum, atq; omnibus charū, Principem creant,  
licet inuitum, nomine Cracum, circa annum à  
nato Christo 700. Hic populi voluntati cedens,  
Reip. cura suscepta, multa feliciter pro imperio  
constituendo gessit. Cracouia ad Vistulam cōdi-  
dit, eamq; regni caput, Gnesna relicta, cōstituit.  
Mortuus ē regione Cracouiae, vltra Vistulam,  
in monte Lassotino, vti viuus iusserat, sepultus  
est. *Cromerus libro secundo.*



**L**ECHVS II. Craci Regis filius, natu minor, regnandi cupiditate instigatus, Cracum fratrem natu maiorem ad venādum secum foras eductum, per insidias occidit. Vulgo persuasit, ex equo fortuito casu lapsum vitā finiuisse. Simulato egregio luctu, funus honorificè procurari iussit, & sepulturæ corpus mandari. Eo sic è medio sublato, ipse, patre mortuo, Princeps à populo creatur. Paulo post detecto parricidio, dignitate ignominiosè priuatus, in exilium pellitur, vbi patrati sceleris recordatione & poenitentia marcescens, omnibus exos, tandem infeliciter vita defunctus est, nulla prole relicta. *Cromerus libro secundo.*



VENDA VIRGO,  
CRACI FILIA.

n° 4.



ENDA Craci Regis optimi filia vnica, præstans-  
tissima forma virgo, vtroq; fratre mortuo, vnani-  
mi populi cōsensu ad imperij fastigium euecta est,  
circa annum Christi 730. spe fortè dignum aliquē  
huius coniugio Principem nanciscendi. Ea rerum  
potita, postulata per legatos in vxorem à Rutgero  
Theutonum Principe, recusat nubere, cumq; con-  
teninit. Bello itaq; ab eo petita, vt vel inuita sentē-  
tiam mutaret, instruictissimo exercitu virili con-  
stantia hosti obuiam proficiscitur. Initio prælio hostem, procumq; bis vin-  
cit. Viatus secundò procul, videns se à suis desertum, sibi ipsi manus intulit.  
Venda Cracouiam viætrix reuersa, cum triumpho ingreditur. Paulo post se-  
se in Vistulam de ponte præcipitat, ne quis casus aduersus se viua tantum  
fortunæ splendorem obscuraret, vel, sicut ferunt alij, vt integra virginini-  
tate extremam vitæ diem clauderet. Reperta in Mogilapago, tumulo  
aggetto, vnde is pagus nomen habet, sepulta est.

*Cromerus libro secundo.*

P R E



REMISLAVS. Venda Principe mortua, Reipub. cura iterum, deficiente stirpe Regia, duodecim Palatinis commissa est. Non diu illi communi imperio Remp. administrarant, cùm tot difficultates sese vndiq; obtulere, partim bellis ab externis illatis: partim domesticis cōtrouersijs so piendis & componendis, vt denuo iudicarent prēstare vni alicui Principatum attribui. Acciderat tum oportunò, vt Moraui in Polonorum fines excurrerent, omnia, quaque ibant, miserabiliter vastarent, nec ferè esset, qui à Polonis ijs resistaret, cùm Premislaus vir quidem prudens & magni animi, sed plebeius, astu hostes circumuenit, parua manu obruit, vicit, atq; omnibus spolijs exuit, patriamq; vniuersam ab eorum immanitate liberauit. Hoc facinore diuulgato omnium consentientium votis Princeps eligitur ac proclamatur, nomineq; Lesci, à Lechi nomine deriuato, tum temporis ob memoriam Lechi populo grato, appellatur, anno à nato Christo 760. Tranquillè Remp. moderato imperio administrauit. Hostibus tota vita terrori fuit. Quàm diu regnauerit, quaue morte sublatus sit, non constat.

Nulla saltem prole relicta, è viuis excessit.

*Cromerus libro secundo.*

A 3

LESCH.



**L**E SCHCZEK. Anno 780. Premislao vel Lescot. vita defuncto, varij Principatus dignitatem ambibant, sententiæ eligentium variè inclinabant. Ut nulli viderentur aduersari, nouum inueniunt modum Principem substituendi. Columnam in aperto campo statuunt apud amnem Praduicum, eiq; coronam & regni diadema imponunt, atq; edicunt, qui à termino statuto equo ad uolās primus eam attigerit, eum Principem populi futurum, certamq; diem certamini præstituunt. Ibi competitorum quidam Leschczech nomine, instrumentis ferreis acutis stadium vniuersum clam sterni curat, terraque, ne apparerent, occultari, certo tamen spacio, à se notato, quo ipse ad locum præscriptum liber accurreret, reseruato. Equo etiam suo pedes ferreis soleis communiri, quod tum temporis inusitatum erat, vt si fortè alibi cursu impingeret, minimè läderetur. Die præfixa, cùm circumfusa spectatiū multitudine, multi ad metam equis contenderent, omnes in stadio impingunt, herentque, solus iste doli auctor liber primus ad columnam peruenit. Victor, statim Princeps appellatur ac proclamatur. Postea, cùm in eo stadio duo iuvenes plebei luderent, certamen prius imitando pedestri cursu, simili modo in ferreos aculeos impegere. Rem illi accuratius peruestigant, compriuntq; certum stadij spaciū ab ijs ferramentis vacuum, quo alter iuuenum alterum præcurrēdo vicit, ac prior columnam attigit. Cùm præmium constitutum postularet, conquerebatur alter de fraude, atque ita inter se se disceptabant. Res ita ad magistratum delata est, & fraudulenta machinatio prioris victoriae, qua is Principatum asscutus erat, detecta. Illico in medium adducitur, accusatur, conuincitur, Principis dignitate priuatur, & quadrigis alligatus, distrahitur.

LES.



LESCO II.

**L**ESCO II. Isto è medio sublato, populus iuuenem illum, qui pedestri cursu primus metam attrigerat, Principem salutant, & nomine Lescum secundum appellant. Is insperato euentu mirabundus oblatum Principatum suic平it, & vt eo non videatur indignus, omni studio & conatu contendit. Hic ita se gessit cùm in consilijs, tum in rebus publicis curandis, vt omnibus placeret, & ratus esset. In hospites munificus, in egenos liberalis, adeò vt sibi detrahere, & miseris dare maluerit, quàm vacuos à se, tristesque dimittere, affabilis, sobrius, in vistu cultuq; corporis parcus, pristinæque fortunæ suæ diligens memoriae conseruator. Si qui externi ad se veniebant, Regio splendore excipiendi & tractandi, crassos pannos, quibus antequam Princeps fieret, vt consueuerat, in conspectum proferri, ac ob oculos sibi ponì iubebat, testes prioris fortunæ & conditionis. Quamdiu Rempubl. administraverit, & quando ex hac vita migrârit, certò non constat. Vnicum filium hæredem & successorem reliquit.

*Cromerus libro secundo.*

LESCO



ESCO III. Lesco secundo ex rebus humanis sublato,  
succedit vnicus eius filius, eiusdem quoq; nominis, Les-  
cus Tertius, qui ita se in Republ. administranda gessit, vt  
à paternis virtutibus non solùm non degenerasse, sed eas  
etiam superasse videretur. Hostes finitimos nouos mo-  
tus excitantes, bello vicit ac compescuit. Res deinde do-  
mesticas, pace parta, florentes continuit. Slavis aduersus  
Carolum Magnum subsidio rogatus venit, feliciterque  
pro ijs bellum gessit. Tandem anno 801. à Carolo, Caroli Magni filio crue-  
to prælio ad Oderam fluuium prostratus, occubuit. Filium legitimum re-  
liquit vnicum Popielum nomine. Illegitimos viginti ex concubi-  
nis procreatos. Viuens Popielum sibi successorem consti-  
tuit, illegitimis certa quoq; loca possidenda assi-  
gnauit. *Cromerus libro secundo.*

POPIE.

OBVII



OPIELVS Senior Patri Lesco tertio in Principatum sibi à patre viuo destinatum Procerum fratrumque assensu successit anno Domini 815. moribus patri & quo prorsus dissimilis. Cracouia sedem suam primò Gnesnam transtulit. Postea inde in arcem à se in lacu Goplo conditam, Crusuiciam nomine, com̄migravit, fortè ut longius ab hostibus, à fratribus proprius abesset. Totus libidini deditus, nec quicquam Principe dignum nec memorable pro patria ac subditis gessit. Familiareei fuit animo cōmoto sese murium depastionē deuouere, quod filio eius horrendum in modum contigit. Paucos annos iuuenili aetate Reipubl. præfuit, morbo correptus subito extinctus est ante quām fratrum quisquam eum inuisere posset.

Reliquit filium moriens suo nomine Popielum,  
adhuc puerum.

B

POPIE.



N. 10.



**P**OPIELVS Iunior nondum excesserat ex ephebis, cùm pater Popielus senior decederet, nihilominus concordi procerum patruorumq; voluntate Princeps creatur, anno à nato Christo 830. Tutela Principis, & Reip. cura aliquot delectis ex patruorum numero demandatur. Quàm diu ijs obtemperabat, bene habuit. Pubertatis annos egressus, spretis patruorum monitis consilijsq;, pro arbitratu viuere, cum æqualibus conuiuari, compotare frequenter, choreas ducere, noctes totas diuagari, puellas persequi, interdiu dormire, Reipubl. nihil curare. Vnde ad omnia tandem ineptus, cœpit omnibus esse despectui. Patrui, vt viam inuenirent tam perditos mores corrigiendi, deliberato consilio ei vxorem quærunt forma eleganti Theutonici principis cuiusdam filiam. Sperabant ea ducta satiatum libidine animum ad res gerendas applicaturum, ad eamq; rem muliebrem naturam fore quoddam incitamentum. Verùm res in contrarium cessit. Vxore dum totus libidinibus immersus, auaritia etiam augescente, magistratus, dignitates, & honores vendebat. crudelis etiam in suos, saltem vt metueretur, cùm se amore indignum, virtute nulla prædictum vel ipse iudicaret. Pepererat ei vxor duos filios, Popielum & Lechum. Ea vt imperium sibi & liberis stabiliret, animaduersa Principis mariti ignauia, omnes rationes excogitat. Metuebat in primis Patruorum mariti auctoritatem & potētiā, quippe qui integræ vite erant, prudentes, morumque grauitate conspicui & populo grati, ne forte ij marito mortuo, imò adhuc viuo, aliquando à multitudine prælati, ad imperium

POLONORVM IMAGI

rium eueherentur. Hunc scrupulum vt sibi eximere  
tione eos interimere. Persuadet marito, vt morbiū  
ad se vocari iubeat, præsentibus vénenum à se mi-  
fentes Patrui, Principem salutant, de valetudine  
acciunt: tandem valedicturi poculo porrecto  
num hauriunt. Paulo post miserabili cruciatu o-  
nis, profundunt. Régina de eorum obitu certid-  
cipi insidiatos esse; apparere nunc diuini numini  
Dei iudicio percussos sic interijsse, iubetque in lacun-  
gnos qui sepulturæ mandentur. Sed quid? Deus qui ope-  
lera impunita, ex mortuorum cädaueribus putrefactis mure-  
ribus multo maiores, qui tanta rabie impiūm parricidam, v-  
rosque quocunque fugientes, per aquas & flamas persequuntur, v-  
ne auerti aut impediri possint. Prius liberos atq; vxorem aggressi absu-  
tandem ipsum Popielum nācti, corrodunt, ac lenta morte miserandum  
modum enecatum, deuorant: horrendum cogitatu. NO TENT HAEC QU-  
VOLVPTATIBVS DEDITI, CVM REIPUBL. SINT PRAEFECTI, NEC  
DIVINA, NEC HVMANA CVRANT.



**P**I AST VS Cosciconis filius, vir simplex & oppidanus,  
Popielo cum uxore & liberis portentosè extinctis, post co-  
mitia Procerum Crusuiciæ frustra bis habita, quasi diuini-  
nitus Princeps Polonis datus est. Cùm enim filium ex u-  
xore sua Repicha natum, ritu gentili, viuente adhuc Popielo, subra-  
furis,

& mellis mulsum vase præparato, Principem  
suiuitasset, viros duos habitu peregrino, quos  
ij Paulum & Ioannem Romanos Martyres  
habuit, & in domum suam introductos, li-  
nuitatos omnes destinato cōiuicio accepit,  
e præparauerat, apposuit. Ibi res mira acci-  
redundauit ex vase mulsa. Duobus istis con-  
comitiorum tempus reuertentibus, & iubenti-  
nui pœnu, cellaq; sua conuentum omnem, penu-  
acredibilem hominum multitudinem, quæ huc conflu-  
orantem, augecente rerum quæ promebantur copia, refe-  
lio miraculo diuulgato, populus hunc sibi diuino iudicio Prin-  
cipem dari conclamauit: statimq; inuitus primò, sed postea suis illis  
ad hospitibus, vt consentiret, persuasus, ita ut erat veste & peronibus  
ex tiliæ cortice textis indutus, in regiam deducitur, & Principatu*Statura cor-  
poris & co-  
ditio.*  
inauguratur. Statura erat mediocris, crassis & robustis artibus, mediā  
ætatem supergressus, agello modico colendo, & mellificio vitam su-  
stentans: beneficus in egenos, hospitalis in externos, iustus in om-  
nes. Sub eius Principatu intestina bella, hostium incursionses & latro-  
cinia, reuerentia potius boni Principis, quam armis conquieuerunt.  
Principum, Regumq; Poloniæ posteritatem usque ad Cazimirum  
Magnum propagauit. Crusuicia domicilium suum ob scelus Popie-  
li Gnesnam transtulit. Tandem cum per viginti annos sapienter,  
clementerque regnasset, mortuus est, annum agens 120. repa-  
ratæ verò salutishumanæ anno (vt quidam volunt)  
ostingentesimo sexagesimo circiter secundo.

*Latinus hec omnia Cromerus lib secundo.*

*Chvzan Dies. Agyptian Notandi Piaſto*

*1 et 7 Januay.*

*3 et 4 Febr.*

*1 et 4 Mart.*

*10, 11 Aprilis*

*3, et 7 May.*

*12 et 15 Juny.*

*10, ut 13 July*

*1 et 10 Aug*

*3 et 10 Septemb.*

*3 et 10 Octob.*

*5 et 3 Novembris.*

*7 et 10 Decemb.*

*Si dies vitandi sunt in alijs  
temporibus, ut Oppidum  
ministrorum venia & riparia ad:  
dirima. tib⁹ concess⁹ bellum*



*Ziemouit Princeps Polonus*



Iastu vnicus eius filius ZIEMOVITVS in Principatu Poloniae successit, cuius opera vicaria pater senex in bellis, alijsque arduis negotijs vti consueuerat. Vir erat impiger, & ad rem militarem factus: aestus iuxta & frigoris, laboris & inediae patiens: somni parcissimus, in cultu corporis non multum à gregarijs militibus differens: alieni abstinentis, de suo munificus: erga familiares & amicos facilis & quæ ac liberalis; in animaduertendo lenis. Disciplinam militarem statim, postquam Principatum adeptus erat, constituit, militiæq; magistro, & ductoribus creatis, omnia penè, que sub Popielij principatu, atq; interregni tempore Vngari, Germani, Prussi, & Moraui Polonis detraxerat, recuperauit: plurima quoq; Morauis adempta suis addidit. Pomeranos, Casubios, & Vinedas, Popielij senioris nepotes, qui à Piasto defecerant, in ordinem redegisset, si morte præuentus non fuisset. Praefuit Poloniis annis triginta & uno: cuius vitam latius describit Cromerus libro secundo.

B 3

Defun.

*Zofia Chrzan*





Efuncto patre Ziemouito, LESCUS vnicus eius filius à proceribus Princeps Poloniæ designatus est: sperabant enim optimi patris bonum fore filium. Et quia adolescentulus adhuc erat, ei consiliorum dati sunt moderatores, quorū desidia bellum in Pomeranos, Casubios, & Vinedas à patre suscepimus, & nonnullo iam successu prospero gestum, intermissum est. Quod nec ipse Lescus postea, cùm adoleuisset, vñquam prosecutus est: quietis & otij, quām bellicæ gloriæ amantior, contentusq; eo, quem à patre accepérat, dominatu: licet Hagecus eum Pomeranos Polonis subiecisse affirmet. Principatum iustè, continenter, & clementer, magna cum ciuium benevolentia complures annos administravit: circa annum Domini (vt quidam volunt) 913. obiit, filium adulturn relinquens sibi successorem.

*Huius Lesci vitam, & res gestas latius commemorat Cromerus libro secundo sub finem.*

Succes-



ZEMOMISLAVS.

N. 13.

Vcessit Lesco patri Z I E M O M Y S L V S, Princeps probus, lenis, beneficus, hospitalis, & quietis amans: quas virtutes quasi hæreditarias à maioribus suis habebat. A bellis externis abstinuit, in otio & tranquillitate viuens. Vnicum ex coniuge filium vix in senectute, eumque cœcum excitauit: qui cùm anno septimo ætatis suæ subradendus esset, absque villa medicorum, aut cuiusquam omnino ope visum recepit, lucemque aspergit. Quod miraculum quid portenderet, diuinos & ariolos cùm sciscitaretur Ziemomyflus, responsum est ei; Poloniam in filij Principatu ilustrandam esse: quod & factum, lumine fidei Christianæ Catholicæ per totam Poloniam diffuso. Tandem Ziemomyflus Gnesnæ moritur, & sepelitur, anno post natum Saluatorem, 964. vt scribit Hagecus Veneslaus. *Latius hæc omnia Cromerus in fine libri secundi.*

MIECIS.



MIECISLAVS *primus*  
*Christianus Polon. Princeps.*



IECISLAVS cæcus natus, sed anno ætatis septimo diuinitùs illuminatus, patri in Principatu Poloniæ suffectus est: quem iustè quidem, sed infra spem omnium (cùm maiora sibi de illo Poloni omnes pollicerentur) administravit. Vxores barbarico morisbi duxit septem, ex quibus nullos suscepit liberos. Huius tempore religio Christiana ex Moravia & Boëmia etiam in Poloniā cepit inferri, & multi passim Christiani facti, felicitatem Principi pollicebantur, eam si religionem amplecteretur. Acquieuit eorum monitis Mieciuslaus; priores vxores dimittit; Baptismo ritu Christianorum initiatur; & Dambrovvcam, Boleslai primi Boëmorum ducis filiam, virginem Christianam, nouo matrimonio sibi iunxit, anno reparatae salutis 965. Mox se se totum ad propagandam per omnem Principatum suum religionem Christianam, hortante & adiuuante vxore, conuertit. Basilicas ædificauit, ornauit & dotauit plurimas. Principatum in duos Archiepiscopatus, Gnesnensem, & Cracouensem distribuit, quibus alios septem Episcopos subiecit; Posnaniensem, Smorogouiensem, nunc Vratislauensem, Crusuicensem, nunc Vladislauensem, Plocensem, Culensem, Lubuscensem, & Camenensem. Horum singulis decimas omnium frugum perpetuò donauit. Deorum simulachra vbiq; in oppidis & pagis confringi, comburiq; & priscæ superstitutionis ritus aboleri iussit, septima die Martij ad eam rem publicè peragendam constituta. Tandem nascitur Principi filius, cui Boleslai aui paterni nomen

Polonia fibrantur, eam si religionem amplecteretur. Acquieuit eorum monitis Mieciuslaus; priores vxores dimittit; Baptismo ritu Christianorum initiatur; & Dambrovvcam, Boleslai primi Boëmorum ducis filiam, virginem Christianam, nouo matrimonio sibi iunxit, anno reparatae salutis 965. Mox se se totum ad propagandam per omnem Principatum suum religionem Christianam, hortante & adiuuante vxore, conuertit. Basilicas ædificauit, ornauit & dotauit plurimas. Principatum in duos Archiepiscopatus, Gnesnensem, & Cracouensem distribuit, quibus alios septem Episcopos subiecit; Posnaniensem, Smorogouiensem, nunc Vratislauensem, Crusuicensem, nunc Vladislauensem, Plocensem, Culensem, Lubuscensem, & Camenensem. Horum singulis decimas omnium frugum perpetuò donauit. Deorum simulachra vbiq; in oppidis & pagis confringi, comburiq; & priscæ superstitutionis ritus aboleri iussit, septima die Martij ad eam rem publicè peragendam constituta. Tandem nascitur Principi filius, cui Boleslai aui paterni nomen

Archiepiscopatus & Episcopatus Poloniæ.

Anno Do. 967.

ni nomen imponitur. Cum Vulodemiro Russorum Duce bellum necessarium, euentu tamen non satis prospere gessit, Przemislia, Cerueno, alijsq; arcibus & oppidis non nullis amissis. Expeditionem quoque in Boëmiam vñā cum filio Boleslao fecit, idq; in gratiā filij Boleslai Pij, adhuc pupilli, cuius imperium Proceres contemnebant: quod bellum, Praga expugnata, magna celeritate ab eo confectum est. - Ut augustiorem posteris Principatum relinqueret, à Benedicto VII. Pontif. Rom. regium diadema sibi mitti, Regemq; Poloniæ se & posteros suos constitui petiit: sed non impetravit; eò quod Poloni minus castè religionem colere dicerentur. Instituit Princeps hic, vt sub officio Missæ, cùm Euangelium prælegitur, singuli gladios medioteanus stringerent; quo testarentur, se pro defensione Euangelij ad mortem decertare paratos esse. Tandem multis Christianitatis in Polonia monumentis relictis, postquam triginta quinque ferè annis regnasset, suauiter in Christo obdormiuit.



Ic patri summa omnium Polonorum voluntate successit, circa annum post partum Virginis millesimum. Princeps ingenij prompti, perspicacis, & ad omnia cum decoro & dignitate sese accommodantis. Modestus, comis, & cum grauitate sua-  
uis: liberalis, & in dictis, factisq; temperans. Statura corporis  
mediocri, oris & corporis totius habitu eleganti, & ad mode-  
stiam composto; capillo denso, criso, nigroq;: victu, cultuq; corporis  
neq; neglecto, neq; nimis exquisito. Polonorum nomen regia dignitate, ex-

*Virtutes &  
statura corporis.*

C

*terno-*

ternorum Principum necessitudinibus, & clarissimis rebus gestis vehementer illustrauit: vnde & C H R O B R Y, hoc est, acrius, aut strenuus à Russis primùm appellatus est: quæ vocula postea in C H R A B R I degenerauit. Ab Ottono Russo, III. eius nominis Imperatore Romano, reliquias noui Martyris Adalberti, Pragensis primò Episcopi, deinde Gnesnensis Archiepiscopi, nuper à Prussis occisi, visitante (quem Boleslaus regali magnificētia acceperat) imposito diademeate Rex appellatus, socius & amicus Romani Imperij, ab omni tributo, iurisdictioneque Imperatorum immunis declaratus est: quem honorem ipsi, & posteris eius in Polonia regnaturis, perpetuum Caesar esse voluit. Bella cum externis gessit varia. Boëmos Poloniā deuastantes, & Moravos debellauit, regnoque Poloniæ fecit tributarios. Indead Russicum

**A n n o D o-  
m i n i 1008.** bellum profectus, & Jaromirum cum Russis tribus prælijs superauit: Kiouia deditio ne accepit, & rebellionem meditantem spoliauit. Post annos quatuor, ut oram illam, quam Saxones partim armis, partim proditione Tugumiri Ducis Polonorum Principibus ademerat, recuperaret, Saxonibus belum intulit: qua in expeditione Parthenopolim, Misnam, Hildisheimium, & Megalopolim incendio deleuit. Vinedas, seu Slauos Polonici nominis in fidem recepit, atque omnem regionem ad Albim & Salam fluvios, Cimbricamque Chersonesu m in suam potestatem magna celeritate rededit: incolas sacramento in sua & successorum suorum Regum Poloniæ verba iurare compulit; & ad fidem Christianam suscipiendam adegit. Non multo post tempore expeditionem in Prussos suscepit, indignam S. Adalberti necem vturus, eosq; suo etiam imperio adiecturus; qui cùm pacem peterent, annumq; tributum promitterent, & Catholicam religionem amplectentur, gratiam impetrârunt. Cùm denique Russos Duce Jaroslao iterum rebellantes nouo prælio superasset, sibique tributarios fecisset, anno regni 18. deinceps à bellis quieuit, tribus columnis ferreis in Boristhene, tribus in Sala, & vna in Ossa fluminibus, tanquam Regni Poloniæ limitibus, ad modū Herculis, cōstitutis. Reliquam æratem in propaganda, ornandaq; religione Christiana; in formanda Republ. & disciplina militari; in arcibus & oppidis condendis, muniendisque; in templis denique & monasterijs edificandis, atque dotandis transegit. Tandem anno regni sui 25. ætatis vero 8. qui fuit annus Christi millesimus vigesimus quintus, summo omnium dolore atque mœrore moritur, atq; Posnaniæ sepelitur: *cuius vitam*

*& res gestas latissimè describit Cromerus, paulo  
post initium libri tertij.*

MIE-




MIECISLAVS II.

N. 16<sup>o</sup>

MIECISLAVS, Boleslai filius vnicus, annos natus triginta quinque, cum destinatum sibi iam pridem regnum iniisset, vna cum vxore sua Rixa, Comitis Palatini Rheni filia, ab Archiepiscopo Gnesnensi, ipso Pentecostes die coronatur. Mox expeditionem in Russos, qui audita morte Boleslai, Jaroslao & Mieciſlao ducibus rebellabant, suscepit, & feliciter absoluit. Post bellum hoc torpori & ignaviae se dedit, ijs indulgens voluptatibus, quæ tactu & gustu percipiuntur. Aliarum etiam præter vxorem mulierum contubernio vſus esse dicuntur. Vxori tamen mulieri auaræ & importunæ ita fuit obnoxius, ut eius maximè nutu & arbitrio regnum administret. Quæ Regis ignavia exter-  
nas nationes à patre subactas ad defectionem inuitauit. Boëmi Prædislai, V-  
delrici Principis filij ferocitate freti, Polonis tributum negârunt, eorum praesidia vndique deturbârunt, & interfecerunt. Morauiam, quæ tunc in Polonorum erat potestate, inuaserunt, suisq; ditionibus adiecerunt. Contra quos Miecislauſ clamoribus populi, & conuicijs impulsus, exercitum duxit: sed ne oppidum quidem vllum recuperauit. Boëmorum exemplum secuti Saxones & Vindæ, ipsi quoque defecere, & partim nouos ipsi sibi dominatus constituerunt, partim Romani Imperij se socios & vectigales fecerunt. Ex hac defectione Respubl. Lubecensis, Holsatij, Megapolenses, Aldenburgici, Rugij, Pomerani, alijque eius oræ Duces & Comites originem habuerunt. Nec vñquam ea loca, quæ tunc sese alienârunt, in ditionem Polonorum  
Miecislauſ &  
vxorius &  
ignavius.  
C 2  
reuene-

reuenerunt, præter Pomeranos maritimoscis Oderani: quos Mieciſlaus o-  
pera Andreæ, Belæ, & Leuentæ Ladisflai Calui Vngari filiorum, debellatos,  
in suam iterum potestatem redigit. Tandem Mięciſlaus amentia correptus,  
postquam annis fere nouem regnasset, quadraginta verò & quatuor vixif-  
fet, moritur, & Poſnaniæ ſepelitur, anno Christi 1034. homo tardus, & stu-  
pidus; leuitate iuuenili, iuueniumque & vxoris confilio pleraque admini-  
ſtrans, atque ideo ab hostibus simul & socijs contemptus.



CAZIMIRVS. I.

N. 17<sup>o</sup>

**C**AZIMIRUM propter etatem adhuc inidoneum ad regni gubernacula iudicabant Poloni, cum pater eius moreretur: quare penes Rixam, eius matrem, regia potestas, donec adoleuisset filius, relinquebatur. sed ea, ut erat auara, exactionibus non ferendis subditos premebat, neglectisque Polonis, Germanos suos ad dignitates & magistratus euehebat: nec à Polonis ſæpius monita, sua consilia mutauit. Tandem videns Polonus ad ſeditionem inclinare, compilato fisco regio, & vtraque, tam Regis, quam Reginæ corona ſecum ablata, clam aufugit. Eam postea ſecutus est filius Cazimirus: qui à matre Lutetiam Parisiorum missus est, ut ingenium honestis disciplinis excole-  
ret. Qui visa obiter Italia, Cluniaci, in Benedictinorum monachorum foda-  
titatem ſe dedit, monasticam vitam professus. Interea Polonia quasi lym-  
phaticis furoribus exagitatur, omnia cædibus mutuis miscebantur, omnia  
latrocinijs erant infesta. Mosoui, Russi, Boëmi, Germani & Pomerani vali-  
dis exercitibus Poloniam iuaserunt, omnia ferro & flamma quam longis.  
ſimè populati: Silesiam omnem, & quæ cuique genti erant viciniora, regno  
Polo.

Cazimirus  
fit mona-  
chus.

Poloniæ detraxerunt. His tam sœuis tempestatibus toto penè sexennio iactati & fatigati Poloni, ad saniora consilia tandem animum adjiciunt, comitissque Gnesnæ institutis, post varias consultationes Cazimirum querendum & reuocandum decreuerunt. Oratores mittuntur ad Rixam matrem, à qua contumeliosè rejciuntur. Inde Cluniacum profecti Cazimiriū iam professum, & Diaconum factum inueniunt: exponunt ei miserium patriæ statum, petunt ut labanti regno manum admoueat. Ille collachrymans, & patriæ misertus, datam semel Deo, atque ijs, quorum potestati se vltò subiecisset, fidem ait fallere non posse. Legati omnia tentantes Abbatem adeunt; ab eo ad Summum Pontif. Benedictum IX. rejciuntur; à quo tandem dispensationem impetrârunt, pœnitentia pro expulsione Regis accepta, vt vnaquæque persona quotannis obulum vnum Romano Pontifici soluat: singuli viri crines supra aures toderent, & vt præcipuis festis diebus linteo albo pro cingulo vterentur. Voti compotes facti, Cazimirum in Poloniā secum abduxerunt, vbi magnis populi acclamationibus acceptus est. Coronatus mox ad sananda Recip. vulnera animum adiecit; omnium in iuriarum obliuionem edicit; fœdus & affinitatem cum Russis init; eorum Principis Jaroslai sorore Maria, quam Græcorum scisma abdicantem, Ecclesiæque Catholicae reconciliatam Dabrogneuam appellauit, vxore accepta: ex qua deinde liberos masculos quatuor, femellam vnam excitauit. Maslaum, Masouiorum Tyrannum deuictum, & Prussorum, Iazuiningorum, atque Slonensium copijs denuò munitum, secundò vicit, funditus fudit, & desperatis rebus ad laqueum adegit: quo tempore Masouia tota potitus est. Prussi pacem petentes, Polonis tributarij facti, & Boëmi, quæ à Polonis receperant, beneficio Henrici Imperatoris restituerunt. Cluniacum magnificenterissimam legationem cum munib[us] misit. Monachos aliquot inde euocat, quibus monasterium in Tyniec regalibus immunitatibus & bonis aedificauit. Henrico Imp. contra Vngaros, Petri Regis necem vlciscenti, auxilia misit, sedemque Episcopalem, quæ Smogorouiæ primùm, deinde Bicinæ fuerat, Vuratislauiam transtulit. Tandem cùm annis 18. summa cum laude regnasset, moritur, & Posnaniæ magno omnium mœrore sepelitur. Fuit autem procula statura, forma liberali, capillo denso, promissa barba, literis mediocriter eruditus: in pupillo's & viduas clemens, & beneficis; in Ecclesiasticos propensus; erga omnes comis, lenis & benignus: & in omnibus rebus agendis Dei timorem oculos habere solitus.

BOLES.

*Stanis.*

## BOLESLAVS II.

*Cognomine, Audax*N 18<sup>o</sup>

OLESLAO, filiorum Cazimiri natu maximo, post patrem, omnium voluntate regnum & diadema defertur; adolescentulo singulari industria, liberalitate, animi magnitudine, laudis atque gloriae studio prædicto, ad res maximas gerendas facto, regnoque dignissimo. Jaromirum Prædislai Boëmiae Principis filium à Spitigno primò, deinde à Vratislao fratribus ab hæreditate paterna pulsum, & ad Polonos fugientem, partim vi, Boëmis victis, partim metu maioris belli ijsdem perterritis, fratri reconciliauit. Prussos Pomeraniā vastantes represtit: Belam Vngarorum Regis Andreæ fratre, fusis, fugatisq; Vngaris, Boëmis & Germanis, capto Vuratislao Boëmorum Principe, cæsoq; Andrea Vngarorum Rege, in regnum restituit. Inde ad bellum Russicum in gratiam Izaflai Kiouiæ Principatu eiecti, se parat: potitusque Kiouia atq; Polosco, aliquamdiu in ista regione moratus est; amœnitate loci, delitijs vrbis, mulierumque Kiouiensium venustate, teneritudine, & lepore incredibili captus. Inde in Præmisiensem agrum exercitum dicit; minora oppida in fidem recipit; Præmisiam ipsam magno impetu oppugnatam tandem expugnat; arcem corona cingit, atque post longam obsidionem, appropinquante bruma, deditione capit. Belę Vngarorum Regis filios à Solomone patruele suo regno iterum eiectos, venientes ad se benignè recepit, & cum exercitu in Vngariam reduxit: Solomo nemque ad pacem petendam compulit. Interea Izaflaus iterum Kiouia pellitur; vtei opem ferat Boleslaus iterum in Russiam mouet;

Ann. 1069.

Vol-

Volyniam in potestatem suam, vñà cum Lusco arce munitissima rededit. I-  
gorum Ducem Izaslai fratrem in gratiam recepit, Vusseuolodū cum valido  
exercitu prēlio non incruento prostrauit; Kiouiamq; primò vi frustra op-  
pugnatam, fame domuit, atque ad deditiōnem compulit, totamq; Russiam  
fecit Polonis vētigalem. Post tot, tantasq; victorias tandem ipse Rex à pro-  
prijs illecebris vīctus, libidini, omniq; vitiorum generi se tradidit. Quamob-  
rem à D. Stanislao Cracouiensium Episcopo benignè primò, & acerbius po-  
stea, cùm increpatuſ esſet, Episcopo calumniam intentauit; quam ille re-  
fuscatato à mortuis Petrico viro quodam nobili diluit, depulitque, & Re-  
gem in flagitijs suis perseuerantem, anathemate percussit. Rex verò ea re ma-  
gis exacerbatus, sacris operantem Episcopum occidit, membratimque dif-  
secari iussit. Qua Regis atrocitate motus Gregorius VII. Rom. Pontifex, toti  
Poloniæ sacrī interdixit; Regem diris deuouit, regnumque ipsi abrogauit;  
Nobiles quoque in eum conspirârunt. Conscientiæ tandem terroribus diu  
exagitatus, cum filio Miescone fugit, ignotusque in peregrina terra diem  
clausit extremum. Vbi verò vel obiit, vel sepultus est, Poloni adhuc igno-  
rant, nisi quod in Ossia, Carinthiæ monasterio, breui monumentum cum  
eius nominis inscriptione inuentum est. Regnauit annos ferè 22. Rex

fœlicissimus, nisi res secundæ fecissent eum insolentio-

*Vitam illius copiosissimè describit Cro-  
merus libro quarto.*

17  
Anno 1079  
8. die Maij.

Exacto





WLADISLAUS HERMAN  
NVS PRINCEPS.

N. 19.



Xacto Rege Boleslao Russi igni ferroque Polono-  
rum agros depopulabatur: quare Poloni ad VVla-  
dislaum Hermannum, Boleslai fratrem regnum  
deferunt; qui Principatum quidem suscepit, Regem  
verò se appellari passus non est: Principistantum  
& hæredis Polonici nomen sibi sumpsit. Vir pru-  
dens & virtute præditus, ad quietem autem & otium,  
quam ad bellum propensior, humanitatisq; & re-  
ligionis amator, quam gloriae. Imperauit à Pont.  
Rom. vt interdictum tolleretur, regnum mq; pacauit, & latrocinijs purgauit.  
Vuratslai Boëmorum Principis filiam Iuditham vxorem duxit, ex qua ini-  
tio sterili Boleslaum Chriouustum precibus S. A Egidij, ad cuius monumen-  
tum legatos cum muneribus miserat, suscitauit. Mortua Iuditha, Sophiam  
Henrici III. Imperatoris sororem sibi matrimonio iunxit: quæ tres filias ei  
diuersis temporibus enixa est. Sub hoc Principe Russi iterum fese in liberta-  
tem assernere: defecere quoq; Prussi & Pomerani, quorum audaciam duobus  
prælijs foeliciter oppressit, quartaque demum expeditione vtramq; gentem  
ad deditonem adegit. Boëmos duce Prædislao, qui regium nomen & ius in  
Poloniæ Principatum sibi vendicabat, Polonorum fines deuastantes opera  
Secechi Palatini Cracouensis fidit, fugauitque; & è Moravia incredibilem  
prædam abegit. Inde Secechum iterum in Pomeraniam misit, vt Medireciā  
arcem munitissimam expugnaret, regnoque Poloniæ restitueret: quod & fa-  
ctum est, industria atque fortitudine potius Boleslai Regis filij, duodecim  
anno-

Boëmorū  
Princeps  
fit Rex An  
no 1094.

annorum pueri, quām Secechi. Hanc Principis fortunā tandem Secechi crudelitas contaminauit. à quo multi nobiles bonis exuti, & exulare iussi, ope Boëmorū, duce Sbigneo VVladislai Principis filio notho, ex monasterio extracto, Poloniā nouis motibus concusserunt. qui tamē à Principe iuxta Goplum lacum bellovičti sunt, capto, & postea rurū in gratiam à patre accepto Sbigneo. Pomerani paulò post iterum Santocū adorti, repelluntur; & Boëmi pacatis rebus Polonicis, Bardo euerso, eiusq; loco Camenecia extructa, in patriā reuersi sunt. Oritur inde nouus tumultus in Polonia, Boleslao & Sbigneo fratribus Secechum bello p̄sequentibus, qui tandem exilio Secechi sopitus est. Cūm autem Vvladislauus annos viginti regnasset, vixissetq; Anno 1102.  
ferè quinquaginta nouem, morbo & angore animi confectus obiit: cuius vi- prid. Non.  
tam & res gestas refert Cromerus libro historiarum suarum quinto.



BOLESLAVS III, cognome  
mento KAZIWSTI

N. 20.

**B**OLESLAVS CHRIVOVSTVS, ab ore paululum retorto sic dictus, viuente adhuc patre multis victorijs clarus, post mortem patris Poloniæ præfuit: Princeps subditis omnibus gratiissimus. Vxorem duxit Sbislauam, Stopolci Michaëlis Kiouiensium Principis filiam, sub quibus nuptijs Sbignei fratris precibus moti Eoëmi, Poloniā inuaserunt. cuius temeritatis anno sequenti, vastata Moravia, pœnas dederunt. Tribus expeditionibus cūm Pomeraniam depopulatus esset, ipse venationibus sese oblectare volens, in Pomeranorum manus incidit: sed cum centum equitibus contra hostium tria millia fortissime dimicans, incolumis euasit. quos ut vlcisceretur, Scarbimirum misit,

Anno 1104.

D

qui

qui totam Pomeraniam, nemine resistente, vastauit. ipse Suatopelci eodem tempore, cum Boëmis suis Poloniā inuadere volentis, impetum retardauit. Sequenti anno omnem belli molem in Pomeranos conuertit. Bialogradum expugnauit, Colbergam, Camenum, Velinum, Cosselinum, & alia quædam oppida in fidem suam recepit. Ciarnicoum post aliquot mensū obſidionem in eius potestate venit, cuius Princeps Gneuomirus Pomeranorum primus tunc fidem Christianam suscepit. Colomanno Vngarie Regi contra Henricum V. Imperatorem auxilia misit; ipse Boëmia initdens, onustus spolijs domum reuersus est. Paulo post Henricus Imperator persuasus à Sbigneo exule, copiosum exercitum in Poloniā ducit; Lubum oppidum & arcem, cum alijs quibusdam intercipit; Bythomiam frusfra tentat; Glogouiam diu obſidet; in qua obſidione Suatopelcus Boëmię Princeps do-  
lo interficitur, cuius mors in causa fuit, cur Boëmi dimiſſionem petierint,  
& impetrārint, magno Polonorum commodo. Inde Boleslao à caſtris hosti-  
um comeatum prohibente, Cæſar Glogouiam deserit, & Vratislauiam ob-  
ſidione premit, inſequente illum Boleslao, qui inſtructa acie cum Cæſare  
de ſumima rei dimicans, eius exercitum in campo canino ſtravit, & diſſipa-  
uit. ſed non diu poſt pacem cum eodem Cæſare inijt; eius ſororem Adleidā  
vxorem accipiens; Chriſtinamq; Cæſaris filiam filio ſuo VVladislao de-  
ſpondens. Deinde in Pomeranos & Pruſſos in Maſouiam excurrentes du-  
xit, 27000. hostium vna in pugna trucidauit, 2000. captiuos abduxit, Na-  
clum arcem cum alijs ſex oppidis hostibus ademit. Sobeslaum VVladislai  
Boëmorum Principem fratrem in partem hæreditatis reduxit; quo iterum  
fugiente ob cædem Vasconis Consiliarij VVladislai, nouam Boleslaus in  
Boëmia expeditionem ſuscepit, quam paulo poſt pax inter vtrumq; fra-  
trem, auctore Polono, ſecuta eſt. Mox Pruſſos iterum bello adortus, maxi-  
ma eos clade affecit, quos vñā cum Pomeranis duobus annis ſequentibus  
expeditione gemina ad extreum perdomuit; tota Pomerania in eius po-  
teſtatem veniente, & Chriſtinam fidem, quam bis abiecerant, tertio recipiē-  
te, & vſque huic, licet non abſq; hæreſeos labo, retinente. Jaroslauim exulem  
vt reduceret, Ruſſicum bellum ſuscepit: ſed occidoſ Jaroslao à Kiouenſibus,  
re infecta domum reuersus eſt. Mox naualem expeditionem in Daniam ſus-  
cepit, poenas de Abelo parricida ſumpturus: quam breui atque felici euentu  
perfecit. Rege abſente Volodor Kiouix Princeps Poloniā infeſtauit; ſed à  
Boleslao reuerso iusto prælio victus, Haliciam contendit. His peractis Rex  
aliquamdiu à bellis quieuit. A Sbigneo fratre notho plurimas iniurias mul-  
tis annis acceperat, qui ſæpius nūc aperto Marte, nūc clam vitæ Regis in-  
ſidiabatur, frequenter à fratre in gratiam receptus, noua bella excitabat: qua-  
re tandem rege conniuite interfectus eſt. Cuius facinoris Boleslaum ſic  
poſtea pœnituit, vt præter quotidiana ieunia & eleemosynas incredibiles,  
varias etiam peregrinationes ad ſepulchrum D. AEGIDIJ in Galliam, D. Ste-  
phani in Vngariam, D. Adalberti Gnesnam inſtituerit, nudisq; pedibus ma-  
iori ex parte peregerit. Stephani Vngariæ Regis filios, nepotes ſuos, dum bis  
in regnum à Bela cæco occupatum reducere voluit, bis à Boëmis Poloniā  
vabantibus reuocatur, quoſ tandem inſigni clade vltus eſt. Interea Ruſſos  
Iaropelcus ad defectionem ſolicitauit: ſed à Polono quodam dolo captus,  
nouo Polonijs ſacramento obſtrictus dimittitur: qui dolum dolo volens v-  
lisci, Halicienes ſubornauit, Boleslaum orarent, eiectum vt Principem ſu-  
Iaroslauim reduceret: quod dum ille non grauatè facit, paruis comitatus co-  
pijs, vt qui nil hostile metuebat, à numeroſo exercitu Ruſſorum, ductore  
Iaropelco, cingitur: cui etſi impar eſſet Rex, turpetamē existimans fugiendo  
victo.

Pomer-  
nia fidem  
recipit.

victoriā hosti vltro concedere, fortiter pugnauit, vicissetque, nisi à suis desertus, Princeps quadragesies septies in sua vita victor, nunc fugere debuisset: quæ ignominia sic animū eius laicinavit, vt paulo post mōrōre animi extinctus sit, cūm regnasset post patrem annos 36. vixisset 53. anno reparatæ salutis humanæ 1139. In eius vita describenda copiosus est Cromerus libro quinto.

VVLADISLAVS II<sup>9</sup>.

N. 21

**D**OLESlaus Criouostus moriens regnum Poloniæ in Diuīsio re-  
quatuor partes distribuerat, & singulis filijs singulās gni.  
partes attribuerat. Displicuit ea res Polonis: time-  
bant enim, quod postea euenit, discerptis viribus  
atque studijs quorumvis iniurijs se fore obnoxios.  
Flagitantibus tamen fratribus tandem in conuen-  
tu Cracoviensi Boleslai constitutio approbatur; vt  
iuuenes certis ac definitis à patre finibus domina-  
rentur. Principatus verò & summa belli pacisque  
auctoritas penes VVLADISLAVM natū maximum esset. Erat iam an-  
nus à Christo nato 1140. cūm VVladislaus sextum ac trigesimum annum a-  
gens, Principatum init. Sobeslaus Boēmorū Dux cūm intellectis et mor-  
tem Boleslai, immemor fœderis & iuramenti, cum valido exercitu Silesiam Boēmi Sile-  
longè lateque depopulatus est: & vt omnem eam oram suo in imperio subiu-  
garet, animum adiecit, sed hæc molientem febris ardentissimā corripit, &  
paulo post extinguit.

D 2

Erat

Malū mu  
lieris con  
siliūm.

Erat VVladislao vxor Christina, Henrici Imperatoris filia, mulier ambi  
tiosa, quæ præterquam quod Polonos porcorum loco habebat, Germanos  
suos ad summas dignitates eueheret, maritum etiam in fratres concitauit,  
queritando, fremendo, lachrymando, & obiurgando, viro ut fratres Duca  
tibus suis exueret, totumque imperium in se transferret, persuasit. Conuo  
cat VVladislaus Proceres regni, ostenditque perniciosum esse multorum  
imperium: vnius essetutissimum: petitque iubeant ut penes unum se, quem  
primogeniti prærogatiua ceteris fratribus prætulisset, verè esset regnum.  
Quod consilium cum Senatus detestaretur, fratribus bellum VVladislaus,  
Russorum copijs fretus, intulit. Henricum Sendomiria, & Boleslaum Plo  
sco, omniq[ue] Masouia propulit. Restabat Mieciſlaus, ad quem fratres cat  
ri confugerant. Posnaniam, quæ ipsi portas clauerat, cum primo impetu  
capere non posset, VVladislaus obsidione cinxit: que dum protrahitur, & in  
obsidentium castris exigua esset militaris disciplina, à tergo fratres exules,  
& à fronte obſessi in exercitum ex inopinato irruunt, & VVladislaus ca  
ſtris exuunt; nec deſtitere, priuquam eum toto regno pellerent, postquam  
non toto septennio summæ rei præfuiſſet.

Exul per Silesiam in Germaniam contendit, Conradi III. Cæſaris opem  
imploraturus. Sed ut Cæſar cum validis Germanorum, Boëmorum & Mo  
rauorum copijs Poloniæ fines attigisset, VVladislaus ut per vim restitue  
ret, Boleslaus, tunc summus Poloniæ Princeps, ei obuiam proficiscitur, Cæ  
ſaris animum mitigat, eumque ut exercitum reducat permouet. Donat Cæ  
ſar VVladislao quasdam utendas fruendas possessiones, & equites attribuit,  
quibus Poloniā infestaret: sed breui à Polonis vincitur, & proſligatur. Mo  
ritur interea Conradus; succedit ei Fredericus Barbarossa. Is magnis & mul  
tis precibus VVladislai permotus, eius causam fuscipit, exercitum in Pol  
nos ducit: sed turbata Italia, dum Cæſar abitum parat, res Boemo interce  
dente componitur: VVladislao Silesiæ dominatus permittitur, ceteris absti  
neret. Sed dum redditum in patriam parat, postquam annis tredecim exulaſ  
ſet, Aldenburgi in Holsatia moritur, & ſepelitur, tres filios, Boleslaum,

Mieciſlaus, & Conradum, cui Lasconogo propter gracilitatem  
crurum cognomen fuit, poſt ſe relinquens. *Latius hæc*  
*omnia Cromerus libro historiarum Polonica  
rum sexto.*





OLESLAVS CRISPVS, à capillis contortissic dictus, VVladislao fratri natu proximus erat. Exacto igitur VVladislao cum vxore & liberis concordi fratrum iuxta ac Procerum, nobilitatisq; sententia Principatus Poloniæ, & summa rerum ad hūc Boleslaum defertur. Moderate clementerque regnauit, & fratres magna benevolentia, charitate & liberalitate complexus, maiorem in modum sibi deuinxit. Initio Principatus legationem Conradi Cæsaris benignè accepit, & ad eam prudenter respondens, propositum Cæsaris de restituendo VVladislao non nihil mutauit. Izaaslai Kiouiensium Principis exulis gratia bellum Russis mouit; sed propter ignauiam Izaaslai nulla rememorabili gesta exercitum in Poloniā reduxit. Conrado Cæsari cum exercitu VVladislauum reducere volenti occurrit, & vt in Germaniam redeat, persuadet. Inde Fredericu.m Barbarosam idem molientem placat, & permitta VVladislao Silesia, cum eo pacem inijt.

Mortuo VVladislao, petente id Frederico Cæsare, filijs eius Silesiam reddit, & singulis certos Principatus attribuit. Tandem anno Domini 1164. Boleslaus cum fratribus, triplici exercitu instructus, Prussis, qui iam inde à morte Boleslai Criouosti à fide Principum Poloniæ, & à Religione Christiana descieruant, bellum fecit: eosque ad petendam pacem, & Religionem recipiendam coëgit. Sed vixdum circumacto anno ad pristinam impietatem apertè relabuntur. Legatos cum muneribus ad Boleslaum mittunt, se

Bellū Russi  
cum.

Bellū Prus.  
sicum.

Prussorum  
perfidia.

in fide Polonorum manere promittunt, multitudinem patrias & auitas religiones abijcere nec velle, nec posse profitentur. Placatur Boleslai animus citius, quam Christiano Principi par erat. Prussi videntes prima ausa sibi imponere cessisse, confessim omnem obedientiam & fidem Polonis promissam abijciunt, & omnem hostilitatem in eos exerceant. Eius rei indignitate permotus Boleslaus, anno post natum Christum 1167. magna vi & apparatu in Prussos expeditionem fecit. Sed profugarum quorundam nobilium (qui apud Polonus in ea erant existimatione, ut illorum potissimum consiliis in hac expeditione vteretur Boleslaus) perfidia, exercitus ad siluestria quedam, palustria, & viginosa loca spe praedae perductus, ab hostibus in insidijs collocatis, circundatus, & cæsus est: dum tanquam muscae in pice harentes, nec ulterius progrederi, nec retrogredi potuerint. Hic Henricus Dux, frater Boleslai inter primos pugnans, fortiter occubuit. Ibi omne Polonorum penè robur afflictum atq; debilitatum est.

Cæduntur  
Poloni.

Henricus hic Sendomiriensis Dux erat: eius igitur Ducatum de Senatus consensu Cazimirus frater minimus obtinuit. Quod cum Vladislai filij  
Principes Silesiæ ægerrimè ferrent, à quibusdam factiosis impulsi, Boleslao  
bellum parabat. Sed Boleslaus eos ad se vocatos, placauit. Erant & in Cracoviensi ditione homines seditiosi, qui res nouare cupientes, summum Principatum ad Cazimirum deferre studebant: sed gliscens hoc ciuile dissidium  
in fratrem Cazimiri, grauitate & constantia Cazimiri, hoc refutantis, sotpum est. Aliquot deinde annis, quibus vixit Boleslaus, quietæ fuerunt res in Polonia, neque  
memoratu quicquam dignum actum est. Moritur postea Boleslaus, &  
Anno 1173. Cracouia sepelitur, cum Principatum Poloniæ annos 27. tenuisset; atque  
46. vixisset, reliquo unico filio Leuco, cui postea Albi cognomen inditum est. Qui huius Boleslai vitam copiosius descriptam videre  
cupit, legat Cromeri librum sextum.

MIE-





**M**IECISLAVS puer, SENIS nomen ob grauitatem morum adeptus, post Boleslaum Princeps eligitur, ut qui Cazimiro aetate erat maior. Magna in eo Polonorum spes erat reposita: prouecta verò aeta spes hominum fefellit. Malo enim usus consule, crudeliter, auarè, & pro libidine dominari coepit. Admonitus à Gedeone Cracoviensi Episcopo, monitorem contempsit. Paulo post astuta inductione eiusdem Episcopi ignorans se & Imperij suorum rationem damnat. Quare indignatus in maiorem Poloniā proficisciatur; vbi dum agit, Proceres Cazimirum eius fratrem, deiecto post quartum annum Miecislao, Principem crearunt. Miecislau de exclusione sua factus certior, Boemos, Saxones & Lotharingos (ut quidam volunt) generos frustra ut opere sibi ferant, solicitat. Otto quoque filius eius natu maximus, patri infensus, ei omnem Poloniā maiorem ademit, sequi in fidem Cazimiri transfusit. Idem fecerū Pomerani à Miecislao deficientes.

Omnibus hoc modo exutus cum uxore & liberis Ratiborię diu exulauit. tādem ad Fredericum Imperatorem affinem suum proficisciatur, ne quicquam opem eius implorās: eò quod is & Italicis rebus distinebatur, & in Asiam expeditionem parabat. Reuersus, & omni spe destitutus, ad fratris Cazimiri misericordiam per internuncios confugit. Cazimirus fratris misertus, de Miecislao reuocando, & ad dominatum suum restituendo ad Senatum refert,

21

S. 21

Miecislau  
spem Polo-  
norū fallit.Filius à pa-  
tre deficit.

**Cazimirus** fert. Reijcitur eius postulatio. Indulget tamen &fauet Cazimirus Mieciſlao; & vt Pomeraniam recipiat, coniuēt. Gnesnam quoq; intercipit, & complures alias munitiones pāttim vi, partim deditioñe recipit, non aduersante Cazimiro. Paulo post Otto filiis impetrata venia, se, suaq; omnia patris potestati permisit. Inde Lescum Boleslai fratris filium in suas partes pertrahit, impetratque vt ab eo hāres ac Dominus Masouiae ac Cuiaviae scribatur. Ceterū indignè hoc ferens Cazimirus, instat apud Lescum, vt testamentum rescindatur.

**Mieciſlaus** iterū Prin- ceps. Cazimirus ob restitutum in Haliciensem Principatum VVolodomi- rum, multum odij apud Polonos sibi contraxerat, quare absentem Principa- tu mouerunt, & Mieciſlaum restituerunt. Sed mox à Cazimiro pulsus, & ite- rum in gratiā receptus est.

Defuncto Cazimiro, Lescus Albus, eius filius, Princeps renunciatur. Indignè ferens Mieciſlaus puerum sibi præferri, VVladislai fratris filios, Sileſiae Principes ad bellum incitat, & communibus viribus in Poloniā mino rem irruunt. Fit atrox pugna; Mieciſlaus primò vincitur & vulneratur; sed superuenientibus Silesijs vincit: ita tamen vt neutra pars victoriā prosequi auderet: sed vtrinq; victi & victores in sua reuersi diu quiuērē. Cūm vi & armis se nihil posse animaduertit Mieciſlaus, ad dolos se conuertit: mag- nis pollicitationibus Helenae, matris Lesci, animum expugnauit, & Princi- patum denuò adeptus est. Cūm autem de promissis admoneretur, se ijs, quod contra gentium iura essent (vt qui proprios filios habebat) non teneri affirmabat. Promiserat enim se Helenę filios in filiorum suorum locum ad- optaturum, certosq; sibi successores in Principatu ipsos designaturum. Conqueritur Helena iūsiurandi religionem violari: crescit Polonorum in Mieciſlaum odium, iterum Principatu deturbatur.

**Mieciſlaus** quartò Princeps. Pulsus ad priores dolos redit; iterum promissis Helenam decipit. Resistit insanæ muleris consilio Nicolaus Palatinus Cracouensis: sed cūm se apud illam nihil posse videt, ad Mieciſlaum proficiscitur, cum eo in gratiam redit; Mieciſlao Cracouiēsem omnem regionem tradit. qui breui Visliense territorium, & tria castella de Sendomiriensi territorio, præter Cuiaviae nuper occupatam, Helenae filiis ademit, & iam de redintegratione vniuersi Principatus & regni Polonici cogitans, moritur, septuagesimum tertium an-

Anno 1202. num agens, Cracouiæq; sepultus est; filios reliquit duos, Ottone, qui non multò post patrem secutus est, & VVladislauum Sputato-

rem, cui & Lasconogi cognomen erat. *Omnia hæc*

*latius Cromerus libro sexto & septimo,*

Pulso



**I**uso Miecislae proceres C A Z I M I R V M Criouusti filiorum minimum inuitum & reluctantem ad principatum capessendum adegerunt. Initio principatus sui vetigalia illa & labores, ceteraque onera, quibus instituendis Miecislaus Polonus offenderat, sustulit: iudicia correxit, magistratum licentiam coarcuit, calumniatores vel exilio mulctauit, vel inusta fronte notauit: Nobilium in absumentis Ecclesiaisticorum bonis consuetudinem aboleuit, synodoque Lenciciensi hanc abolitionem confirmauit. Brestensem, Drohiciensem, Vuladimirensem & Præmisliensem oram omnem, Anno 1180. quæ non parua pars Russiae est, in potestatem suam redigit. Inde ut Miecislaum Ducem Haliciensem, quasi nothum à fratribus pulsum, restitueret, ad Haliciam cum hostibus concurrit, eos fundit, fugatque, & Haliciam capit. Exacerbauit ea res non parum Polonorum animos, eò quod ad iniustum bellum pro notho contra iustos duces procul domo educerentur.

Pietate erga fratrem Miecislaum pulsus motus, inuitis proceribus auctor ei fuit, quod biennio rursus omni dominatu suo, à Patre attributo, potitus est: è Masouiæ verò & Cuiauiae principatibus eundem, dolo cum Lesco Boleslai filio de his transigentem, exclusit. Interea Halicienses iterum deficiunt: Vngarorum opem inuocant, qui capto Vulodimiro per Andream Belæ Regis filium Haliciam occuparunt, & sibi hunc dominatum, non Vulodimiro, quaesuerunt. Vulodimirus postea corruptis custodibus elapsus est; sed cum Haliciam vi recuperare non posset, ad C A Z I M I R I clementiam

Eius stu-  
dium in  
reforman-  
da Rep.

Pietas Ca-  
zimiri in  
fratrem.

tiam cœpit respicere, cuius ope Haliciam deficiente annonā deditio[n]e o[mn]i[us] cupauit. AEgrè ferebant Poloni amicū Regem pulsū, & inimicū restitutū. A Egerrimē ferebant & Vngari antiquissima fœdera esse à Polonis violata, miseruntque copias, que fines Polonię vastarent: & Cazimirus suos quoque misit, qui Vngariam diriperent: triennales tandem induciæ pactæ sunt.

Nobilium postea quorundam conspiratione Cazimirus absens Principatu deiicitur, & Mieclaus restituitur: qua re intellecta Cazimirus redijt, pulsōque Mieclao, principatum iterum in se transtulit: ipso etiam tandem in gratiam recepto. Cum Vngaris inde pacem renouauit, & de Prussis bello inferendo cogitauit, ut cladem à Prussis sub Boleslao Crispo acceptam, fratrisque Henrici mortem vlcisceretur. Misso hostili exercitu in Prussiam, omnia ferro flammaque latè vastauit: Prussi impares tantis viribus conditiones pacis orant, & accipiunt: imperata faciunt, tributum promittunt, ad Christianam religionem, quam abiecerant, reduci non posuerunt.

Pacatis rebus, oppidis & arcibus instaurandis, legibusque reformandis operam dedit. Tandem in quadam conuiuio cùm de animæ immortalitate non ineptè disputasset, hausto poculo subito concidit: & paucis horis animam exhalauit, non sine veneni, à quadam muliercula, quam deperibat, propinati suspicione. Condidit Clepariense collegium D. Floriano Martiri sacrum, cuius reliquias à Lucio IIII. eius nominis Pontifice impetraverat. Suleouiense quoque & Copriuunicense monasteria ædificauit, & locupletauit. Princeps prudentia, fortitudine, liberalitate & pietate tam in Deum, quam in homines insignis. Obiit postquam regnasset annos XVII.

vixisset autem L V I. anno post natum Christum M C X C I I I. &

Cracoviæ sepultus est. Reliquit filios duos Leſcum Al-  
bum & Conradum, filiam etiam vnam Adlei-  
dam. *Hac omnia latius vide apud Cromerum libro sexto.*

Funebri-





**L**vnebrisibus iustis Cazimiro peractis, Principes comitia Cracouiae instituunt, ut nouum sibi Principem eligerent. Tres hic propositi sunt, Lescus Albus, Miecislaus senex, & Miecislaus Oppoliensis dux, filius Vladislai Principis. Ex his Lescus Princeps creatur ope & consilio Fulconis Episcopi Cracoviensis. Et quia puer erat Lescus, penes matrem eius Helenam imperium omne, & summi Principis auctoritatem esse iubent: ea lege, ne quid illa sine consilio Episcopi & Palatini Cracoviensis, qui curatores puero & gubernatores Principatus dati sunt, faceret. Miecislaus senex cum intellectu Miecislaus in Lefcum belum patrat puerum sibi in principatu electum, excanduit, & Silesiorum Principes ad arma concitat, iniuriam hanc bello vindicare conatur. Fit utriusque apparatus maximus, concurritur ad Mosauiam fluuium, vincitur Miecislaus: rat. sed interuenientibus Silesiorum Principib. vincit iterum: sic tamen ut neutra pars victoriam prosequi auderet. Miecislaus cum viribus Principatum obtinere non possit, arte ac dolo rem tetauit: bis inanibus promissis Helenae animum expugnat, bis Lescus principatu cedit, bis Miecislaus principatum adipiscitur. Tandem mortuo Miecislaeo ope Nicolai Cracoviensis Palatini Vladislaus Lasconogus, Miecislaus filius. Princeps renunciatur, eò quod Vladislaus Lescus Albus Principatu potius carere, quam amicum & innoxium Gouoricum in exilium ejcere (id quod Palatinus volebat) omnino mallet. Lasconogus & ipse principatum acceptare noluit, nisi Lescus consentiente; qui cepit. cum

cum Gouoricio saluo ad dignitatem hanc peruenire non posset, facile annuit.

Interea Romanus Vuladiimiriensium & Haliciensium Dux, immemor fidei & iuramenti, Lesci ditiones hostili cum exercitu inuadit, & tandem Lublinensem arcem obsedit, & ad interiora Poloniæ contendit. Sed Lescus & eius frater Conradus duce Cristino Palatino Plocensi ad Zauichostum eius exercitum fugant, funduntq; , qua in fuga & ipse Romanus interfectus est. Hac de Russis victoria Lescus tantam sibi auctoritatem conciliauit, ut summo consensu, excluso Lasconogo, Princeps iterum renunciatus sit. Nec id Lasconogus ægrè ferebat: sed vir modestus cessit vltro. Principatum de novo adeptus Lescus Colomanno Andree Vngarorum Regis filio, Haliciensi principatu eiesto, auxiliares copias mittit: sed ijs vnà cum Vngaris à Miecislao & Poloucijs cæsis, Colomannus in arce obsidetur & capititur. Hac victoria elati Russi, adiunctis sibi Lithuanis, crebris excursionibus Poloniæ affixerunt: quos Lescus missò cum exercitu Sulislao Castellano Sandomiriensi profligauit, & quinque eorum Duces viuos in suam potestatem redegit. Aliquamdiu post tacito quasi consensu pax fuit inter Polonos & Russos.

Nullum deinde quoad Lescus vixit bellum gessit, pace & ocio impensis delectatus. In pace verò iustè, clementer & moderatè principatum administravit. Suentopelcum Pomeraniæ præfecit, Masouiam & Cuiauiam Conrado fratri in sortem patrimonij concessit: rogatu procerum viginti annos natus vxorem ducit, ex qua Boleslaum, qui postea Pudicus appellatus est, suscepit. Prussi interea Conradi ditiones inuadunt, Culmensem tractum occupant, Mosouiam inuadunt, & Ploscum incendunt: quibus ut resisteret, cum par non esset Conradus, Cruce signatos & Liuonienses milites, qui rubri ensis imaginem cum cruce in pallio gerunt, euocati: sed iij uno proelio vincuntur. Inde & Suentopelcus à Lesco defecit, quod nomine & honore Pomeraniæ Principis non dignaretur eum Lescus. Comitia apud Gansuam indicuntur, in quibus Lescus à Suentopelco perfido interficitur, postquam regnasset annos 33. propemodum: sed in his Miecislauis senex duos, & Lasconogus tres. Hoc tempore milites Teuthonici ordinis S. Mariæ, è Syria eiesti, primùm à Conrado in Prussiam euocati, & multis dominijs donati sunt. *Vide hac omnia latius apud Cromerum toto libro septimo.*

LESCO



Lesci vi.  
istoria ad  
uersus  
Rom-  
num.

Lescus  
teriò fit  
Princeps

De Rus-  
sis iterū  
trium-  
phat.

Aano  
1220.  
Nuptiæ  
Lesci.

Per insi-  
diastru-  
cidatur.

Anno  
1226.



BOLESLAVS <sup>V<sup>to</sup></sup> PVDI :  
CVS

N. 28



ESCO è medio sublato Proceres Boleslaum eius filium excludi à Principatu noluerunt : sed cùm puer admodum esset, de eius tutela magna fuit controuersia, dum quidam Conradum eius patruum, alij Hēricum Barbatum puero tutorem constituerunt : Vicit ea pars quæ Henrico fauebat. Conradus collectis copijs tutelam vi inuadere conatur: resistit Henricus, bis ab eo vincitur Conradus: sed tandem ex improviso adoritur Henricum, capit eum, & in Masouïa asportat. Pax postea inter cognatos Duces componitur ea lege, vt Henricus tutela Boleslai & ad ministratiōne Principatiū abstineret. Postquam Boleslaus iam pubertati proximus, & à Conrado patruo alienus esset, in Henricum prono studio pariter cum matre ferebatur: siue a deo sūi iam iuris esse cupiebat. Quare Conradus pupillum & matrem per spe ciem colloquij euocatos, captiuos in Masouiam primū, postea in Sececho uiense monasterium abducit: cuius Abbatis opera paulo pōst elapsi, ad Hen ricum fugiunt, eiusq; auxilijs adiutus Boleslaus, amissas ditiones recuperat. Sed quia sumptus modum excedebat, Henricus permittente Boleslao sum mūm Principatum, vñā cum ditione Cracouiensi sibi retinuit. Conradus re intellecta cum expeditis copijs in Cracouiensem oram irruit, Cracouiā obfedit: sed re infecta in Masouiam reuertitur. Pax inter Conradum & Hen ricum constituitur, vterq; se Principatiū gubernatione abdicaret, Boleslaus quem vellet curatorem sibi sumeret. Is præterito Conrado Henricum eligit, qui multis malis legibus abrogatis, reformataq; Rep. paulo post obiit.

E 3

Boleslaus  
us capi-  
tur, fugit,  
& princi-  
patum re  
cuperat.

Anno  
Domini  
1234.

Boleslaus

**Nuptiae Boleslai.** Boleslaus inde cum Bela Vngarorum Rege antiquis foederibus firmatis, eius filiam Kingam, seu Cunegundim vxorem duxit, puellam moribus & sanctimonia nobilem; qua cum in perpetua vixit, ex communi vtriusque voto, continentia: unde & nomen Pudici fortitus est. Franciscanorum sodalitati primus monasterium Cracouiae, matris instinctu, edificauit. Anno deinde 1240. Tattari gens barbara innumerabili multitudine Polonię ingressi, miserè vastarunt: quos initio quidem Vulodimirus Cracouiensium Palatinus ex improviso adorsus multos ex ijs trucidauit: sed vieti collectis viribus victores paulo post, cęsis nonnullis, in fugam verterunt. Non multo post auctis maiorem in modum copijs Tattari iterum in Polonię veniunt, omnia igni ac ferro vastantes: quibus occurrentes procères & equites Cracouienses & Sendomirienses pugnandi copiam apud Chmelicum pagum faciunt: superiores initio, sed postea omnes à Tattaris ad internecionem trucidati sunt. Eo infortunio turbatus Pudicus, cum mātre & uxore in Vngariam fugit, eoquē absente tota penè Polonia in cædem & cineres redacta est. Henricus postea Pius, Barbati filius, cum cæteris Ducibus & Crucigeris cum ijsdem Tattaris manū conserens, magicis artibus ab illis superatus, & cum omni penè nobilitate occisus est: quo in pœlio tantus Christianorum interfectorum numerus fuit, vt singulis singulæ aures à Tattaris præcisæ nouem ingentes saccos explerent.

**Luctuosa Christianorū clades.** Absente Boleslao Pudico proceres Boleslaum Caluum, Henrici Pij filium ad Principatum vocant. Sed Conradus id permolestè ferens, auxilio Suentopelci Caluum principatu mouet, & se armata manu Principem facit: sed Reiciatur Boleslaus. paulò post asperiori suo Dominatu Cracouienses à se alienauit: qui missis nuncijs Pudicum reuocârunt, & excluso Conrado ( qui magnum suorum aduersariorum numerum iam astu ceperat ) Principem iterum creârunt. Hinc noua bella inter Conradum & Pudicum orta sunt, nunc viator, nunc vietus Pudicus: tandem de Patruo triumphat, suaque fortiter defendit, donec Conradus moreretur: à quo tempore pacatius vixit, & ad reformatam ornandamque Remp. animum conuertit, magnam mansuetudinis & probitatis laudem etiam apud exterios consecutus. Stanislaum Martyrem in Diuorum numerum Boleslai precibus refert Pontifex, qui postea multis miraculis claruit. Inde Lithuani primò, & paulo post Tattari iterum Polonię vastarunt, & Boleslaus denuò cum uxore in Vngariam fugere coactus est. Reuersus Iazyges populos bello aggreditur, vincit, & ad Christianam fidem coegit. Deinde Russos quoq; domuit, & insigni Victoria eorum vires mirum in modum debilitauit. Opauiam postea pace cum Boemis initia suis iterum ditionibus adiecit.

**Iterum fugit in Vngarię.** Cæterum quia nec incorruptus iudex esse ferebatur Boleslaus, & nobilitati onerosus erat, in indignationem quorundam incurrit, qui VVladislauum Ducem Oppoliensium Principem constituere voluerunt. Sed Boleslai industria, & fortitudine eius coniurationis effectus impeditus est, & Oppoliensium Dux affectati principatus poenás dedit. Tandem Boleslaus moretur, postquam vixisset à morte Patris annos quinquaginta duos. Eius vxor adhuc virgo, post obitum mariti S. Clarae instituto vitæ se se addixit: suis antea facultatibus in usus egenorum distributis. *Hæc omnia prolixius describit Cromerus toto libro octavo & nono sua- rum Historiarum.*



**L**ESCUS NIGER bonus, & moderatus Princeps, fœlix etiam, si extrema cum primis contexisset, Boleslao Pudico in Principatu Cracouensi, & Sandomiriensi successit. Erat autem Lescus hic Cazimiri Cuiauiensis principis, Boleslai Patruelis filius, ab ipso dum viueret successor designatus. Cui successioni nemo tunc restitit, eò quod omnia bello feruerent: Initio namq; Principatus Lesci Leo Russorum Dux cum Tattaris & Lituanis in Poloniā inuasit: Lublinensemq; & Sandomiriensem tractum ferro & igni infestauit: quem tamen Lescus opera Varsij castellani Cracouensis, & Palatini Petri Cracoviensis, & Ioannis Sandomiriensis temerè quidem, sed prospero euentu, cæsis octo millibus, & captis duobus, ditionibus suis eiecit: collectisq; maiori bus copijs, totam pene Russiam peruagatus, villas & oppida passim diripuit, incenditq; & magnam prædam abegit. Henrici Probi ditionem omnem, eo quod ille tres Principes dolo captiuos detinebat, armata manu ingressus miserè diuexauit. Lituanos cum Iazygibus iterum Lublinensem oram peruestantes, nocte à S. Michaële Archangelo in somnis admonitus infuscatus, inter Naruam & Nemenem flumina, clade cruenta prostrati, & captiuos liberauit: quo in proelio 14000. Lituanorum infidelium cæsa sunt, & Iazygum reliquiae penitus deletæ. Sandomirienses hoc tempore à Lesco defecerunt, & Conradum Masouiæ sibi Principem constituerunt: quam defectionem cum Lescus beneficijs impedire non posset, collectis ex Cracouinesi principi-

Leo Russorum  
Dux  
Poloniæ

am popu  
latur.

Anno  
1280.

Ejicitur,  
& Russia  
vastatur.

Lituano  
rū 14000.  
ceduntur.

Iazygi  
reliquiae  
sublate.

Sedomi  
rienses  
deficiunt.



principatu copijs, in Conradum proficiscitur, qui sese Sandomiriensibus non satis credens, in Masouiam fugit, & Lescus omnem prouinciam, defectionis auctoribus venia data, in suam potestatem recepit. Inde in Lithuania iterum Lucouiene territorium, & Sandomiriensem regionem magnis cæduntur. calamitatibus afficienes, exercitum ducit, fugat, trucidatque, & præda potitur.


Secunda Iterum minoris Poloniæ proceres auctore Paulo Episcopo Cracouensi defectio si, homine peruersissimo, à Lesco ad Conradum deficiunt: nec quidquam & Polo. niæ recu in omnibus Lesci ditionibus præter vnam Cracouiam in fide illius per operatio mansit. Ciuibus itaque Cracouiensi arce commendata, in Vngariam ad Laudislaum Regem confugit, à quo non contemnenda Vngarorum & Hunnorum auxilia impetrauit, quibuscum Conrado ad Rabam fluuium occurrit, eumque profligauit: qui fugiens in Masouiam Lesci ditiones omnes deseruit. Lescus recuperatis suis, Vngaros & Hunnos liberaliter remuneratos remisit, Teuthonibusque Cracouiensis vrbis regimen proprium attribuit. In- Teutho. nib. de Conradum vlcisci volens, Masouiam ferro & igne vastauit, à quo tem- couia cō mēdatur pore fortuna versa est, & secundæ res aduersis commutatae. Eodem namque Fortuna tempore Tattari innumerabili multitudine in Poloniæ irruentes, om- mutatur. nem regionem cædibus & incendijs nusquam abstinentes, adeo depopulati sunt, vt Lescus ipse fuga in Vngariam consulere sibi coactus sit. Vnde reuer- Fugit Lef- cus in Vn- sus Siradiensem nobilitatem iterum in Masouiam aduersus Conradum gariam misit, quæ cum à Conrado vnâ cum Palatino contrucidaretur, Lescus ad- ob Tatta- rorū ty- rannidē. uersis rebus, & fugillationibus hominum afflictus, ex moerore, & an- goreanimi in morbum incidit: quo extabescens paulo post mortuus est, anno scilicet post Christum natum.

1289. vltimo die Septembris, cuius vi-

tam copiosius refert Cromerus

initio libri Decimi.

LESCO





**L**ESCO NIGRO sine liberis vita defuncto, Cra-<sup>Anno</sup>  
couiensis, Sandomiriensis & Siradiensis dominatus <sup>1290.</sup>  
in medio erant: quos alius iure agnationis sibi ven-  
dicabat, alius gratia populari ambiebat, alius vi &  
potentia usurpabat. Tandem cum Proceres & con-  
uentus Sandomiriensis atque Cracoviensis Boles-  
laum Dicem Plocensem elegissent, ciues Craco-  
uienses Teuthones clam H E N R I C V M PRO-  
B V M nomine, sed reuera improbum (ut qui ad do-  
los natus erat; Lescu alijsq; Principibus magnas saepe tragædias mouerat, in  
Ecclesiasticos viros crudeliter sequierat) accersunt; venienti portas aperiunt,  
& principem renunciant. Boleslaus re cognita per arcem fugit, & Principa-  
lum deferit. Proceres ex tempore & re praesenti capto consilio, certis condi-  
tionibus, & legibus Henricum recipiunt. Sed VVladislaus Locticus, Lesci  
Nigri frater, qui iam ante Siradiensem Principatum occupauerat, compa-  
rato exercitu, Henrici ægrotantis, & in Silesia decumbentis copias triplici  
victoria superauit: Præmislo Glogouiensis Ducis filio cæso, & Boleslao Op-  
polensi saucio, captoque. Victor Locticus Cracouiam adiuolat, omnium-  
que consensu, & acclamatione Princeps renunciatus est. Sed Henricus no-  
nocomparato exercitu, eum sub auspicijs Henrici Legniciensis (ciues enim  
quidam Cracovienses clanculum eius spem alebant) Cracouiam mittit; vrbe  
media nocte potitur, tenebræ & clamor hostium trepidationem augebant:  
Locticus sumpto monachi habitu, de muro à Franciscanis demissus, eu-  
F sit. Sæui-

Bolesla<sup>s</sup>  
Plocensis  
Princeps  
eligitur.

Ab Hen-  
rico fugi-  
tur.  
Vuladis-  
laus Lo-  
cticus  
Henricu<sup>m</sup>  
pellit.

Henri-  
cus ejicit  
Locticu<sup>m</sup>.

**Moritur  
Hēricus.** sit. Sæuitum est in omnes, qui Vuladislae fauebant: ceteri certatim in Henrici potestatem redierunt. Hæc dum Cracouia fuit, Henricus Vuratislauensis Dux non sine veneni suspicione moritur, nullis relictis liberis, & Principatu Præmislo Duci maioris Poloniæ in extremis legato. Vuratislauensem verò ditionem omnem Henricus Legniciensis, Cracouia reuersus, occupauit. *Vitam huius Henrici Probi, eiusq[ue] res gestas, & quomodo Thomam Episcopum Vratislauensem persecutus est, ab eodemq[ue] postea sacrato uestitus ibi occurrente veniam petiit, vide apud Cromerum libro decimo, sub Lesc Nigro, & tempore inter regni. Nam Probus inter Principes à Cromero non numeratur.*



sed. Pe<sup>mij</sup>  
slaus

.nn<sup>e</sup>  
95.



VM iam ducentis quindecim annis apud Polonos regnum esset intermissum, Proceres, pertæsi malorum sub tot Principibus, ad regnum & vnius dominatum respicere coeperunt. Erat inter Principes PRÆMISLAVS, Posnaniensis Ducis filius, vir acer, ad magnas res gerendas factus, & potens: ut cui tota Polonia maior & Pomerania parebat, Probi que testamento Cracoviensium & Sendomiriensium Princeps nuncupatus erat. His opibus fretus facile iperabatur, & externa bella à Poloniæ ceruicibus depulsurus esse, & ceteros Duces ad officium reducturus, & cum dignitate regium nomen

Anno

Anno igitur post Christum natum 1295. die 26. Junij Præmislaus Gnesnæ Regnū in Comitijs Rex creator, annum agens 38. & ab Archiepiscopo Gnesnensi ritu solenni inunctus, diadema regium accipit. Mox offensos ob præsumptum à se regnum ceterorum Ducum animos blandis legationibus demulcere, & ad restinguenda mutua odia, dissidiaque intestina componenda co-tuitur. A Brandenburgensibus sum resti-  
tutus.  
hortari instituit. Deinde ad tollenda externa bella manum admouit. Gdanskum contra Crucigeros muniuit. Quibus rebus dum occupatur Præmislaus, à Marchionibus Brandenburgensibus dolo, apud Rogosnum Polonicum, dum ipso die S. Dorotheæ sacro cum suis coniuaret, multis vulneribus confessus, & è medio sublatus est, septimo vel octavo suscepti regni occidimense: vnicarum tantum filia Rixa nomine relicta. *Eius vitam breuiter describitur.*  
*Cromerus initio libri undecimi.*



CRYPHIN A vxor Lesci nigri, mortuo Henrico Probo, Hæc acta sunt ante coronationem Præmislae. confictis diplomatis affirmat Cracouensem, & Sendomiriensem Ducatum sibi à marito donatum esse: & vtrumq; VENCESLA O, Ottocari & Kunegundis sororis suæ filio, Boëmorum duci dat: qui missò Tobia Episcopo Pragensi cum exercitu, Cracouiam, conniuente Præmislo, in 1291. suam potestatē rededit: vnde postea iterum exclusus est 1295. à Vuladislae Loctico. Interea Princeps eligitur Præmislaus, & post illum 1296. Vuladislaus Locticus: qui impuritate vitæ & in regimine suo negligentia, Polonus in se prouocans, imperio deiectus est, ei que Venceslaus Rex substi-

**Anno** 1360. **Russi** **Sendomiria** **vastant.** tutus: qui vocatus, & de more inunctus, atque coronatus, de consilio Procerum Rixam, quæ & Elizabetha vocabatur, Præmislai filiam duxit vxorem. Initio regni illius Russi Sendomiriensem tractum hostilibus copijs infestârunt, arcemque Corcinensem incenderunt. Lituani quoque Dobrinum depopulati sunt, quas iniurias facile neglexit Venceslaus, taltem ut Vuladislaum persequeretur: cuius ditiones omnes cum subegisset, Gostinum quoque & Ploscum adortus est, sed re infecta, agris tantum vastatis, è Masouia se recepit.

Lituani  
ceduntur,  
& Lubli-  
num Po-  
lonis, c  
eupera-  
tur.  
**Anno**  
1305.

Constitutis inde rebus suis in Polonia, relictisque præfectis Boëmis in Boëmiam reuersus est: nec vñquam postea rursus Poloniam vidit. Fuerunt eo regnante quietæ res in tota Polonia; nisi quod minores Poloni aduersi Russos expeditionem suscepere, quos vñà cùm Lituani & Tattaris apud Luolinum vicerunt, & Lublinensem arcem post 57. annum, quâm in potestatem Russorum venit, recuperarunt. Polonis exosa iam erat Boëmorum superbia, & avaritia, & iam noua spes recuperâdi regni affulgere Vuladislae incipiebat. qui cù exigua Vngarorum manu in Poloniam, vnde fugerat, reiens, Pelciscam, Visliciam, & Lelouiam recuperauit. Interea moritur Venceslaus Rex, ex Vngaria reuersus, & veneno (vt fertur) petitus. Cuius mors cùm fama per Poloniam vulgata esset, Sendomiriensis & Cracouiensis conuentus Vuladislaum receperunt, & in eius verba iurârunt. Venceslaus quidem iunior postea nouam expeditionem in Poloniam, regni paterni repetendi causa parabat: sed antequam Poloniæ fines attingeret, Olomuci, primaria vrbe Morauiae interfactus est. Venceslao regnante Cracouia muro cincta est, & moneta argentea, grossi videlicet Boëmici in Poloniam primum illata, antea namque numis ex pellibus bestiarum confectis vtebantur. *Eius imperium describit Cromerius libro undecimo.*

VVLA-





VVLADISLAVS LOCTICVS  
vel, Cubitalis.

N.<sup>mp</sup>



LADISLAVS LOCTICVS, seu Cubitalis, sic di-  
stus, quod statuta esset breuissimus, Lesco Nigro defun-  
cto ad Principatum aspirabat: erat enim Lesci frater, &  
Siradiensis Dux. Henrici Probi copias stravit, & Prin-  
ceps renunciatus est, sed occupata ab eodem Henrico  
Cracouia, nocte intempesta monachi habitu indutus,  
& de muris dimissus fugit. Probo & Præmislae è viuis  
sublato, iterum Princeps creatur. Silesios & Boëmos vicit: sed amoribus po-  
stea deditus, ob peruersos, & regno noxios eius mores iterum repudiatur, &  
in eius locum VVenceslaus sufficitur. Absente VVenceslao Locticus reg-  
num repetit; cumque interea moreretur VVenceslaus, eius filii exclusi sunt,  
& VVladislaus Locticus magno omnium consensu iterum Rex creatur. Et  
tunc quidem coronatus non est, quod Posnanienses & Calissenses in hanc  
electionem consentire nollent, sese Henrico Glogouiensi subijcentes. Qua-  
re VVladislaus Henrici ditiones populabundus peragrauit, & in Pomer-  
aniam descendens iusurandum ab omnibus eius Principibus accepit, quod  
in sua futuri essent potestate. Sed Petrus Cancellarius Pomeraniæ homo au-  
rissimus Pomeraniam paulo post Marchionibus Brandenburgensib. prodi-  
dit. Captus, sed paulò post dimissus, quod prius non potuit, tū perfecit, Gda-  
numq; Marchionibus tradit. Arcem defendebat Bogusla, sed cùm auxilia Lo-  
ctici tardius aduenirent, Crucigeros inuocat, qui arcē defenderunt, & electis  
Brandenburgensib. oppidum recuperarunt. Immemores verò fidei Bogusse  
datæ, eum & suos arce pellunt, Gdanumq; suis ditionib. adiiciunt. Hinc semi-  
nariorum bellorū inter Polonos & Crucigeros. Nec diu post Michalouensem  
F 3 Semina-  
rium bel-  
ditionem

lorum in ditionem adepti sunt. Frustra cum illis expostulauit Vuladislaus. Foedus inter Polo-  
nos & Crucige-  
ros. eunt cum Brandenburgensibus: potiti Gdano de tota Pomerania subiuga-  
da cogitarunt: Dersauia, Choinicia, Nouo oppido, & Suece captis, facile re-  
tros. quam Pomeraniam sibi subiiciunt.

Maiores Poloni hoc tempore se se Vuladislae adiungunt, nasciturque  
Vuladislae filius Cazimirus. Colloquium inter eum & Crucigeros insti-

Crucige-  
ri emunt tuitur de Pomerania: quam cum salua pace VVladislai sibi retinere non pos-  
sunt, eam à Brändenburgensibus emerunt. Paulo post Cracovienses ab Ad-  
Pomera-  
niā non uocato quodam persuasi ad Boleslaum Oppoliensem defecerunt: sed victi  
iusto Do-  
mino. multisque priuilegijs spoliati  
sunt. Legatum ad Pontificem eodem fere tempore misit Vuladislaus, qui

Crucigerorum violentiam Suę Sanctitati exponeret, & regium diadema re-  
peteret. Pontifex Iudices in Poloniam mittit, qui litem inter Polonos &

Crucigeros decidant, & tacito consensu honorem Regium Polonis redi-  
dit. Quare Vuladislaus conuocatis proceribus cum vxore coronatus est, &

Crucigeri à delegatis Apostolicis damnati atque excommunicati. At Sile-  
sium Principes, Boëmis magis quam Polonis addicti, à Polonis defi-  
cientes, Boëmorum imperio se subiecerunt. Vuladislaus his pressus diffi-

Rexcum  
Lituanis  
initfoe-  
dls. cultaribus cum Lituanis pacem init, eorum magni Ducis filia Cazimirum  
filium suum maritum dát. Horum ope & auxilio adiutus Masouij, Bran-  
denburgensibus, alijsque hostibus plurima dama intulit, & cum Crucige-  
ris varia vario euentu bella gessit, nunc vixit, nunc victor è bello rediens.

Crucigeri à Rege Boëmorum Ioanne adiuti Dobrinum, VVladislauiam, &  
Cechocinum Polonis auferunt; Razianzum capiunt; Vislegradum, Na-  
clum, & Ra-  
uiam incendunt. Pomeraniam à Boëmis impetrant, & Boë-  
mis iterum Masouia Plocensis cedit. Tandem inducię inter Polonos & Cru-

cigeros in annum factae sunt. Vincentij deinde Samotulie Palatini Posna-  
niensis trans fugę ope adiuti Crucigeri, incomparabilia damna Poloniis in-  
tulerunt, à quibus iterum apud Nezamyslum lacrima fusi sunt, & tandem re-

Crucige-  
ri à Vul-  
adislae  
vincun-  
tut. conciliato Regi Vincentio, astu quodam Vuladislai duplice pugna omne  
robur suum aniserunt: viginti millibus è suis desideratis. Ne autem victo-

riam suam prosequeretur Vuladislatis, Boëmi nouam expeditionē in Polo-  
niam fecerunt. Quibus ejciendis dum occupatur Rex, Crucigeri vires col-

ligunt, & Cuiaviam ingressi Bresten, Inouuladislauiam & Gneuucouiam  
expugnant. Poloni vicissim Culmensem tractū vastant, atq; inde vt Silesios

vlciscerentur Costenum expugnant. Moritur tandem Vuladislaus, post  
quam à tempore coronationis regnasset annis 13. & paulo amplius, Princeps

singulari patientia & mansuetudine animi præstans: statura breui, sed ma-

nu promptus: virtute & animi magnitudine tanta, vt cum maximis

Regibus meritò queat comparari. Eius vitam & res gestas

prolixè commemorat Cromerus libro suarum

historiarum undecimo.

non PREMISLAUS II<sup>o</sup>

N. 29

Casim  
Maginus.

VSTIS funebris Vuladislae ritè peractis, Poloni CAZIMIRVM eius filium Regem crearunt. Cognomen MAGNI hic solus inter Reges Polonię meruit, non tam à virtute bellica (erat enim pacis quām belli studiosior) sed à magnificis eius operibus in arcibus & oppidis condendis, restaurandis & muniendis, ceterisque animi virtutibus, quibus omnium hominum gratiam demerebatur. Paucis post electionem diebus, vñà cum vxore sua Anna, refragante primū matre Heduiigi, coronatur. Indicias initio regni sui cū Crucigeris fecit, quas statim intercedentibus Boëmo & Vngaro pax secuta est: Polonis tamen non satis æqua. Mox Cazimirus ad latrocinia tollenda animum adiecit, & pacem quoque cum Boëmo init. Crucigeri, et si omnia pro voto impenitassent, solum Dobrinum & Cuiaviam Cazimiro restituerent, conuentis tamen non steterunt. Quare Cazimirus ex sententia Senatus Legatum ad Pontificem Rom. misit, qui suos continuò legatos in Polonię remisit, ut causam cognoscerent. Crucigeri ad reddendā omnia quæ Polonis ademerant condemnantur: Imperatoris mandato nixi obedire noluerunt, atq; excommunicati sunt. Quierat tunc aliquamdiu res in Polonia fuere. Quare Cazimirus conuocatis proceribus successorem sibi designauit Vngarię Regem, aut eius filios. Inde in Vngariam magnis itineribus contendit, vbi fœdera antiqua renouauit & confirmauit. Reuersus ex Vngaria Russos bello aggreditur, Leopolim primò, inde totam Russiam sibi subiecit. Interea Anna vxore illius defuncta ad nouas nuptias cum Ioannis Boëmorum Regis filia sece

filia sese parabat: sed moritur ea antequam nuptiarum dies aduenisset, quare Adleidam Hesorum Lantgrauij filiam duxit; quæ cum deformior esset, ab eo in arcem Zarnoucensem est relegata. ille autem concubinarum amribus se tradidit, quarum illecebris dementatus, turpissimam cum Crucigeris pacem composuit.

**A n n o**  
1343.  
Eodem anno Henrico Zeganensium Ducì bellum intulit: Vuschouen se oppidum & Stinauiam capit, certisque deinde conditionibus cum illo pacificatur. Boguslao Scecinenium Ducì filiam suam Elizabetham in matrimonium collocauit, & foedus cum vltorioris Poloniæ proceribus fecit rea Tattari, à Russis factiosis euocati, Poloniæ vastare cœperunt: sed tunc eiente Cazimiro impediti, ne Vistulam traijcere possent, in sua regna Ioannes paulo post Boëmum coœcus & senex magna contentionis Cazimirum bellum gessit, Cracouiamq; obsedit. Sed cum nihil diuide efficeret, bipartito agmine in Boëmiâ redire volens, ab inseguitione polonis cœsusest. Post hanc victoriam Cazimirus nouam expeditio Russos suscepit, & quod apud eos reliquum erat, sibi subiicit. Adhuc Cazimirus concubinas publicè alebat, & setotū libidinibus debebat. Admittitus primò ab Episcopo Cracouienti, dein de à Cano, & de vicario, ue nomine Pontificis, monitorem submergi iussit: cuncta viciace dentissima peste, Tattarorum incursionibus, miserrima Poloniæ vatione expiatum esset, atq; Cazimirus iam pœnitentiam egisset, absolutus nulta templa condidit, multaque priuilegia atq; immunitates ordini Ecclesiastico contulit. Post annos aliquot Masouia, quæ in diuersos à tempore Czouosti principatus erat distributa, regno Poloniæ accessit. His auctus viribus Cazimirus conscripto exercitu in Valachiam magnis itineribus contendit, Stephanum Voieuodæ Valachorum filium à fratre Petro exactum in paternam hæreditatem restituit: pro quo beneficio magnam sensit Valachorum ingratitudinem, dum in redditu sui in syluis opprimuntur. Missis postea legatis Auiniohem impetravit à Pontifice Maximo, vt Cracouensis Episcopatus in Archiepiscopatum eucheretur, & Cazimiræ Academia institueretur. Pace inter Boëmum & Vngarum restituta, neptem suā Elizabetham vxorem dat Carolo Boëmo Cæsari, & nuptias Cracouiae præsentibus Vngaro, Dano, & Cyprio Regibus, innumerisq; alijs Principibus viginti continuis diebus regia magnificētia celebrauit. His peractis iterum armata manu Russiam inuadit, totamque regionem sibi subdit, atque in formam prouinciarum redigit. Tandem in venatione equo excussus, febrique ardentissima correptus, cum aliquamdiu ægrotasset, Cracouiae moritur: Princeps omni laude maior, qui arces, oppidaque sine numero restaurauit & munivit, leges partim nouas condidit, partim veteres correxit: iudiciorum rationem emendauit: totamque Poloniæ superioribus bellis & contagis desertam florentissimam reddidit. Regnauit annos 37. vixit 60. vir statura procera, corpulentus, capillo denso & criso, promissa barba, voce sonora, sed balbus aliquantulum. Res ab eo gestas copiosè describit Cromerus libro duodecimo.

**A n n o**  
1361.**Acade-**  
**miam**  
**Cazimi-**  
**riæ insi-**  
**tuit.**

HACTE



**L**ACTENVS Piastis Crusuicensis genus Poloniam administravit. Mortuo verò Cazimiro ad exteros regnum est deuolutum : Cazimirus enim Vngaros sibi designarat successores. Quare LVDOVICVS Regis Caroli primogenitus, certior de morte auunculi factus, ad capessendum regnum se se parauit. Matrem suam præmisit, ipse cunctatur, volens videre quid Poloni essent facturi. Mittitur ad eum magnifica legatio, vénit in Poloniā, & honorificentissimè excipitur. Testamentum Cazimiri in dubium reuocatur: multa in eo retractantur: cum Scycinensi Duce transigit Ludouicus. Postquam coronatus eset ab Archiepiscopo Gnesnensi in Basilica Cracouensi profusa sua liberalitate, fastuque nimio Polonis exosus esse cepit. Cazimiri quoq; filias, ne quid se absente turbarum darent, in Vngariam præmisit: ibique constituto iudicio perfecit, vt ex hæredes pronunciarentur. Ipse cùm Poloniā quoq; maiorem lustrasset, in Vngariam redijt, Polonorum animis rapinis & vexatione Vngarorum non parum exacerbatis. Poloniæ gubernationem matri commisit, ipse in Voieuodam Transalpinensem Valachorum defectorum proficiscitur, eumque ad imperium suum compellit.

Filiam deinde natu maiorem Mariam Sigismundo Caroli Cæsar is filio despondit, & cùm duas haberet filias, & regna duo, vtriq; viuens prospexit: vni regnum Vngariæ addixit, & cum Polonis certi conditionibus paciscitur, vt illi post mortem alteram filiarum Reginam recipient. Interea Maiores

**Anno**  
1374.  
**Fit Polo**  
**nus odio-**  
**sus.** res Poloni regni Ludouici pertæsi, Vuladislaum Cuiauiq Ducem, Zyemouiti fratri Loëtici ex filio nepotem Diuione in Burgundia monachum professum, & Diaconum euocant : qui clam adueniens statim Inouila dislauiam ex improviso occupat. Inde Gneuucouiam, Zlotriam, & Sarleum arcem sibi subiecit: ceterum Sendiuios Subinius, maioris Poloniae præfatus, quæ intercepta erant breui recuperauit.

Elizabetha mater Regis, pertæsa motuum Polonicorum, in Vngariam redit: sed inde mox in Poloniam reuertitur. Cumque Poloni eam monerent, prospiceret ne quod Polonia detrimentum à Lituanis acciperet, consilium contempsit, & Lituani impunè Poloniam spoliarunt. Sed paulo post Ludouicus in Poloniam veniens, postquam nouos aliquot præfectos de sententia matris constituisset, exercitum in Lituanos dicit, eosque in ordinem redigit, & ex Russia bis postea eiecit. Cum autem fertile solum Russiæ ei platus Rus cuisset, missis ad Gregorium XI. legatis impetravit, ut duæ istic cathedrae Episcopales, Præmisiæ scilicet, & Vuladimiriaæ, & una Archiepiscopalis Halicæ (quæ postea Leopolim translata est) erigeretur; Russiamque omnem Vngaris attribuit, & in Vngariam reuersus est. Poloni ob hanc Russiæ alienationem, ceteraque mala absente Rege orta, murmurantes, frequentibus his de rebus literis apud Regem conqueruntur. Misit ille Vuladislaum Oppliensem pro se gubernatorem: sed Poloni noluerunt alij, quam à se electo obtemperare. Quamobrem Rex postea Polonorum Proceres Budam euocauit, vbi paucis approbantibus summa rerum Polonicarum Triumuiris est commissa: quibus officium malè facientibus, Polonorum animi non sunt mitigati. Tandem cum languore cœpisset Ludouicus, Zolij in conuentu Procerum Mariam filiam primogenitam, & sponsum eius Sigismundum, Caroli quarti Imperatoris filium successores declarauit, Polonusq; in eorum verba iurare fecit. Moritur deinde Rex Tirnauiaæ, postquam regnasset apud Polonus annis 12. apud Vngaros verò 41. vixisset autem sex & quinquaginta. Statura fuit mediocri, prominentibus oculis, atque labris, capillo, barbaque crispera, sereno vultu, humeris parum incurvatis. Bulgaros, Bosenses, Serbos, Croatas, Transalpinosque Vngaris rebelles ad officium reduxit, Dalmatiamq; Venetis ademit. Moribus fuit temperatis: foris bella acriter & excuso animo gerebat, domi placabilitate & iustitia pacem colebat. *Eius imperium latius*

*prosequitur Cromerus libro  
decimo tertio.*

(••)

NON.



HEDWIGIS.

N. 34

**N**O N D V M mortuo Ludouico Sigismundus Caroli quarti Imp. filius, Mariæ primogenitæ Ludouici Sponsus in Poloniā venit, & in verba sua iurare detrectantes maiores quosdam Polonos & Masouios per vim sacramento adegit. Defuncto Ludouico Polonorū animos offendit, eò quod Domoratum à maioris Poloniæ prefectura nolle amouere. Comitia Proceres indixere: conculsum è Ludouici regis prosapia eligendum Regem, qui in Polonia præsens per se ipse administraturus esset: quo decreto tacitè excludebatur Sigismundus, qui Vngariam simul obtainere cupiebat. Expectatur Ludouici vxoris responsum, vtram filiarum in Vngaria, vtram in Polonia regnare vellet. Veniunt tandem legati Vngarici, & Polonos religione iurisurandi Mariæ & Sigismundi dati soluunt, & H E D V V I G I regnum committi ex sententia matris petunt. Placet Proceribus Reginæ matris sententia. Cæterùm dum Regina mater filiam diutius, quām ex pacto conuentum erat, apud se detinet, & tumultus Polonici illius præsentiam requirunt, variè legationes in Vngariam missæ sunt: nec tamen Hedvigim secum adducere potuerunt. Parum aberat, quin Poloni mutatis animis alium Regem elegissent: sed Sendiuoius præter Senatus sententiam in Vngariam proficisciatur, & Hedvigim tandem adducit. Excipitur à Polonis honorificentissimè, Regina Poloniæ renunciatur, ea lege, ut reciparet, se de consilio Polonorū nupturam, & in Polonia cum marito mansuram: deinde coronatur. Ziemouitus Masouiorum Varsauiensium Dux eius nuptias ambibat; sed cùm

Sigismundus offensus  
dit Polono-nos.

Hedvvi-gis Regi-na crea-

Venit in  
Poloniā.



repelleretur, reginam rapere voluit. cumque illud non succederet, armis regnum inuasit, multaque oppida & arces occupauit: sed missus Sigismundus amissa omnia breui recuperauit. Pater viuens Guilielmum Austrię Ducem, adhuc puerum, Hedvigi maritum destinarat: sed non placebat is Polonis, quod ob paternum Principatum longius à Polonia esset al futurus. Dum itaque de marito Hedvigi adiungendo consulunt Poloni, Iagello, magnus Lituanię Dux legatos cum multis heribus ad Hedvigim mittit, eius matrimonium expedit: recusat Hedviges, eo quod Ethnicus esset: Promittit se cuncta gente sua nomen Christo daturum, thesauros omnes maiorum suorum in Poloniam importaturum, & Lituanię Polonię adiuncturum. placent conditiones Polonis, placent Reginae matre: parantur nuptiae. Hac fama in Austriam perlata, venit Guilielmus Austriacus, in arcem Cracoviensem non est admisitus, sed in urbe cum Reginae conuenit, & choreis indulxit: propendebatque animus reginæ in hunc adolescentem, matrimoniumque consumasset, nisi Demetrius Goraius regni thesaurarius dissuasisset. Videns Austriacus se minus gratum Polonis, in Austriam reuersus est. Interea venit Iagello, sit Christianus cum tota gente baptizatur, & nomen Vladislai accipit. mox cum Reginae matrimonium solenni ritu contraxit. Vixit Hedviges cum marito in maxima animorum coniunctione pie & sancte, absq; nulla similitate: præterquam cum Gneuossius Daleuicius Reginam clam accusasset, quod absente marito cum Guilielmo Austrio aliquot diebus clam consueuisset. quam maculam mulier castissima facile cum summa delatoris ignominia absterit. Circa annum 1390. occupato Rege Lituanię expeditione Hedviges comparato exercitu Grodecum, Halicam, Trebouliam, superiorem Leopolim, & alias quasdam ares in Russia recuperauit. In ovvladislauiam missa, ut cum Crucigeris de restitutione Dobrinensi ageret, cum nihil efficere posset, propheticō spiritu prædixit, fore, ut post mortem suam Crucigeri perfidiæ poenas darent. Vitudo quoque eodem spiritu buit.

Prophetico spiritu ha-  
bitum  
Anno 1399.  
superstitio fuit: mulier singulari pietate & sanctimonia vita prædita. moriens quidquid reliquum habebat in supellestili pauperibus distribuit, & ad consummandam Academiam, quam Cazimirus magnus Cazimiriae inchoauerat, legauit. *Quæ ante & sub illius imperio gesta sunt.*

*vide copiosius apud Cromerum toto libro*

*quarto decimo.*

## IAGEL





AGELLO Lituanius barbarus ad Hedvvigis nuptias, regnumque Polonię aspirans, Christianus factus, & VVLADISLAUS appellatus est. Matrimonio cum Hedvigi contracto, Lituaniā omnem cum Samagitiā, & ea parte Russiā, quae in ditione ipsius, fratumque & patruelium eius erat, Polonię iure sempiterno adiunxit, iureiurando interposito in unum corpus redēgit, omnesque incolas suos & Reginae verba iurare fecit. Mox in maiorem Poloniā cum vxore profectus, eam reddidit pacatam, atque inde ad suos Lituanos reuersus, eos Episcoporum ope omnes ad Christianismum suscipiendum permouit. Vilnæ basilicam edificauit, eamque Episcopatus titulo nobilitauit. multa præterea templa erexit, quae Regina amplissimè dotauit. Contra Vitoudum patruelē ad Crucigeros bis defientē, Lituaniāque vastantē arma mouit, eumque in ordinem redēgit, atque summa rei in Lituania, non sine fratrum indignatione, p̄fēcit. In Poloniā reuersus Rex in Silesiam exercitum duxit, arcesque & ciuitates sub VVladislaeo Oppoliensi rebelli cepit. Dux verò ipse postea cum Rege recōciliatius est. Pomerania paulo ante in fidem Polonorum recepta, & foedere cum Venceslao Cætare & Boēnorū Regē inito moritur Hedvvigis, Regina sancti monia vitæ clara: post cuius obitum Rex Poloniā desérere, & ad Lituanos redire cogitabat: sed obstiterē Consiliarij, de quorū sententia alteram uxori Annam Cilię Comitis filiam Cazimiri ex filia neptem duxit.

Crucigeri varijs excursionibus Poloniā & Lituaniā populabantur, ope Sutrigellonis, Regis fratris adiuti: quo in gratiam recepto, cū neque foedera, neque induciae, neque pacis conditiones à Crucigeris feruarentur, Rex congregatis omnibus Polonorum viribus, euocatoque Vitou dō cū suis Lituaniis & Tattaris numerosissimum exercitum in Crucigeros, frustra minitante Sigismundo Cēsare duxit, de summa rerum prælio decertatus. Concurrunt hostiles acies iuxta Grunewaldum: sit atrox pugna: initio Crucigeri victores, sed paulo post victi fuere, & ad internacionem penè deleti. Ceciderunt in hac pugna ex Crucigeris 5000. capti sunt 14000. Inter cæsos inuentus est Ulricus, magnus eorum Magister, cū 300. Commendatoribus: inter captiuos Duces Stetinensis & Oleśnicensis reperti sunt. Hoc vno prælio Crucigeri omne robur suum amiserunt, ita vt postea Polonorum vim non potuerint sustinere. Hæc parta victoria pleraque omnis nobilitas Prussica, Culmensis, Pomeranica, quatuor Episcopi, Culmensis, Varviensis, Pomesaniensis & Sambiensis, cū multis oppidis & arcibus vltro in potestatem Regis venerunt. Valachi quoque, Misnenses & Podoli in verba Regis jurarunt. Postea interueniente auctoritate Pontificis Romani, Concilij Constantiensis & Cæsaris controuersia inter Polonos & Crucigeros diuersis temporibus est ventilata: sæpe pax, sæpe induciæ decomuni consensu factæ, sed mox Crucigerorum perfidia violatæ: quinques post prelijs su pugnam Grunewaldensem bellum renouatum, quinques Crucigeri à Vuperantur ladislao victi.

Celebris erat fortitudo VVladislai apud exterias nationes: Cæsar & Patriarcha Constantinopolitanus cum eo foedus inierunt, & Tattari magnificam ad eum legationem miserunt, ipse vicissim Roman. Pontifici regia dona misit, eiq; obedientiam præsttit. Lituanis idem ius cōcessit quod erat Polonis: cauit autem, ne quis non Christianus magistratum ullum obiret. Samogitia ad fidem Christianam conuertit, & apud Mednicos Episcopum instituit. Multis legationibus ab Hussitis Boëmis ad regnum Boëvenit. Rex non tutor ac patronus esse videretur: sed & Sigismundo Cæsari ac Boëmorum Regi tam contra Hussitas, quam contra Turcam auxilia misit. Mortua vxor eius secunda tertiam duxit, Elizabetham Pileciam reclamantibus Polonis, eò quod matrimonium valde dispar esset: post cuius obitum cū Zonca Russa, cui Sophia postea nomen fuit, inconsulto senatu Polonico matrimonium contraxit. ex ea tres filios suscitauit, Vuladislaum, Cazimirum & Andream: ex quibus Vuladislaum pater adhuc viuens hæredem regni renunciavit.

VVladislao Sigismundus Cæsar insidiabatur, atque illi nocere quounque modo cupiebat. Tentarat id sæpius per Crucigeros, sed frustra. tandem inter Regem & Vitoudum simultatem concitauit. Vitoudum vt coronam peteret, Lituaniæque se Regem pronunciari faceret, incitans. Quod cū Rex reclamantibus Polonis admittere non posset, atque Vitoudus ab hac sententia abduci nollet, creuit simultas: sed morbo correptus Vitoudus, tandem à proposito resilijt, atque mors succedens simultatem finiuit. Vitoudo mortuo Rex Sutrigellonem fratrem Lituaniæ Ducem constituere voluit: sed Poloni restiterunt. quare Sutrigellone rejecto, & bello Ducatum frustra petente Sigismundo, Vitoudi frater, Magnus Lituaniæ Dux creatus est. Rex paulo post Grodeci inter prandendum febri correptus, & sacris mysterijs procuratus, pridiè Calend. Iunias moritur, cū regnasset annos duodequinquaginta, & tres fere menses. Princeps in armis & toga fœlicissimus,

præcla-

**Crucigeri**  
cedunt  
à Po-  
lonis.  
**Anno**  
1410.

**Multa**  
oppida  
se deduc-  
Polonis.

**Crucigeri**  
fediſtra  
gi quinq;  
prælijs su

**Rex non**  
vult vide-  
ri patro-  
nus hære-  
ticorum.

**Filiij Vu-**  
**ladislai.**

**Rex ze-**  
grotat.  
**Rex mo-**  
ritur.  
**Anno**  
1434.

HISTORIA

POLONORVM IMAGINES.


præclaris animi dotibus insignis, licet suis non caruerit vitijs, quæ in illo Sbigneus Episcopus paulo ante morbum liberrimè reprehendit. Statura fuit mediocri, facie oblonga, macra, & ad mentum contractiore: capite cal-  
uo, paruo & fastigiato, oculis nigris, ceruice longa, voce gracili, citoq;: *cuius  
præclarissimas res gestas Cromerus libro XV. & quinque sequentibus describit.*



VVLADISLAUS . V.<sup>tq</sup>,

*Tertius, Cromero*

N. 36



ORTVO VVLADISLAO Iagellone, proceres in conuentu Posnaniensi VVLADISLAO natu maiori eius filio, ex sententia Sbignei Episcopi Cracouensis regnum decernunt. Minores Poloni et si hanc electionem in sua absentia factam initio gr̄e tulerint, postea tamen approbārunt. Ceterū Spitco Melstinius & Derflaus Rithuianius nobiles factiosi, cum suis cliētelis maximasturbas in regno aduersus nouam Regis electionem concitārunt, dicentes, regnum

Regi puerο committi non debere. Præualuit tamen saniorum sententia, & factiosorum istorum hominum varię machinationes oppressæ sunt. Initio regni Vuladislai Russica & Podolica nobilitas cum Polonica omni iure exe-  
quatur; Liuones à Samogitis profligātūr; Bratislauia & Cremenecia Regi red-  
duntur; fœdus cum Vngaris renouatur, & pax cum Crucigeris Prussiensibus  
atq; Liuoniensibus tandem componitur. Moritur interea Sigismundus Im-  
perator, & Vuladislaus Silesios bello domat. Eodem ferè tempore Tattari in-  
festo exercitu Podoliām ingressi, omnem penè nobilitatem Podolicam tru-  
cidārunt. Paulo post moritur Albertus Cæsar, & Vngariae Rex. Mittuntur Legati am.

# V I V A E R E G V M

Legati Vngarorum, qui Vnladislaum Poloniæ Regem ad Vngariæ regnum suscipiendum inuitent, si Elizabetha Alberti vxor grauida non esset: ea verò legatis absentibus masculum posthumum pariente, Vngarorum consilia mutata sunt. Vuladislaus tamen legatorum ope fatus in Vngariam proficiscitur, & reclamantibus ijs, qui Reginæ partes sequebantur, Budæ coronatur: aduersarios suos paruo negotio superauit, & Slauoniam cum Croatia in fidem suam recepit. In ea ora, quæ ad Poloniæ vergit, diuersa fortuna Regis fuit, & Polonia Lituanico, Lituania Moschico, Russiaque & Polandia Tattarico bello infestabantur. Pacem deinde cum Elizabetha regina inijt, & Amurathem Turcarum Imperatorem duce Ioanne Hunniade tribus insignibus prælijs vicit, quartoq; cui ipse Rex interfuit, in montibus Macedoniæ Turcicas vires sic attriuit, ut Amurathes missis legatis ultro pacem petere coactus sit. quam cum decem annis impetrasset, Rasciamq; omnem, & magnam Albaniæ partem ex pacto reddidisset, Julianus Cardinalis legatus Pontificius, aliorumque Christianorum Principum legati hoc factum Regis improbarunt; Regem magnis promissionibus (ne quicquam reclamantibus Polonis) ad fidem violandam, nouumque cum Turca bellum suscipiendum permouerunt. Decretum communi Vngarorum consilio bellum: magnus fit apparatus: mittunt auxilia Poloni; ceteri Principes promissa subsidia non mittunt. Rex ad constitutum diem Segedino castra mouit, vix quindecim equitum millia, pedites verò longè pauciores in exercitu habens. Cui cum Amurathes validissimo ex Asia conscripto exercitu occurrisset, ad Varnam paludem, iuxta littus Ponti Euxini prælium acre commissum est, in quo cum equitatum omnem Turcicum aut strauisset, aut in fugam conieciisset Rex, in Ianizerorum phalangem inuectus, strenui militis & imperatoris officium adimpleuit: sed multitudine hostium circumuenitus, amissio equo fortiter pugnans, cum lectissimis Polonorum copijs occubuit, princeps longiori vita dignus. Praefuit Poloniæ regno decem, Vngariæ quatuor annis, cum vigesimum etatis suæ annum vixdum egressus esset.

Statura fuit procera, facie fusca & capillis nigris: iusticia & religio-  
nis cultor eximius, cuius vitam Cromerus toto libro vice  
simoprimo describit.

CAESO



**Fit Rex**  
Vngarie.  
**Anno**  
1440.

**Insignes**  
victoriæ  
de Tur-  
cicis.

**Anno**  
1443.  
**Inducit**  
decennia  
les cum  
Turcicis.

**Inducit**  
violan-  
tur.  
Bellum  
nouum  
in Tur-  
cas.

**Rex in**  
prælio  
cadit.  
**Anno**  
1444.

**Statura**  
corporis.

CASIMIRVS III<sup>us</sup>.

Cromero, tertius

N. 37



AESO nuper à Turcis Vuladislao, Proceres regni. Polonici Cazimirum fratrem eius, magnum Lituaniae Dūcēm, ad regni administrationem suscipiendam vocarunt. Quam cūm ille constanter recusaret, Proceres Boleslauum, Masouiorum Dūcēm elegerunt, nisi Cazimirus ad diem constitutum adfasset. Pœnituit Cazimirum non suscepiti regni; quod cūm Poloni intellexissent, abrogata electione Boleslai, Cazimirum regem renunciārunt, & 25. Junij <sup>Anno 1447.</sup> Cracoue coronarunt. Initio regni Lituaniis nimium indulgendo, pessimisq; consilitoribus vtēndo, multorum animos offendit, & res Polonicas omniō neglexit, adeo ut tota Poloniā frequentissimis latrocinijs infestetur. Conuentus varij fiunt, nihil concluditur: à Rege solitum iuramentum postulatur, quod ille præstare de anno in annum differt, & iniquissimis Lituaniis postulatis non obscurè annuit. ob quas res Sbigneus Cardinalis Regem grauiter increpauit. Valachiæ post & Moldauiaæ motus composuit, & ditionem Osuencensem Polonorum imperio adiecit. Tattari interea quatuor expeditionibus Podoliām, nemine prohibente, & Lituanis clam instigantibus, miserè depopulati sunt. Rex deinde Elizabetham Alberti Cæsar is filiam, fœminam honestissimam & religiosissimam vxorem duxit, ex qua sex filios, & septen filias suscepit.

Pax erat inter Crucigeros & Polonus: sed Crucigeri tyrannide atq; impotenti dominatu suo Prutenorum animos quotidie magis magisque exacerbabant.

babant. Quare Pruteni foedere inter se in ito Crucigeros multis oppidis elecerunt, & ad Cazimirum profecti, ei sese in clientelam & patrocinium subiecerunt. Quam rem indignè ferentes Crucigeri, ope Germanorum sese aduersus Polonorum potentiam armârunt, & bellum tredicim annis varia fortuna cum Polonis gesserunt. Tandem Poloni superiores in summas an-

**Crucige-**  
**ri à Polo**  
**nis subiu-**  
**gantur.**

gustias Crucigeros redegerunt, atque adeo, ut pacem vltro peterent, compulerunt, quam abdicato omni iure, quod in Culmensem, Michalouensem-  
quod dominatum, & in totam Pomeraniam habebant, impetrârunt. Marieburg quoque & alijs multis oppidis Polono cesserunt.

Hac victoria parta Cazimirus vicinis Principibus cœpit esse formidabi-

Pacem & lis. Cum Ecigere Tattaro foedus & amicitiam inijt, quā quoad vixit coluit: fœdera-  
cum qui-  
bus inijt. cum Georgio quoque Boëmorum Rege pacem certis conditionibus com-  
posuit. Quare cū Catholici Boëmi Georgio, quod hæreticis impensius fa-  
ueret, regnum abrogare, & Cazimiro deferre vellet, hic illud recusauit, &  
Matthiā Vngariae Regem, ne illud inuaderet, terruit. Paulo post litem, quæ  
erat inter Marchionem Brandenburgensem & Ericum Pomeraniae Ducem,  
composuit: Kiouiam in Prouincia formum redigit, & cum Liuonibus pa-  
cem fecit. Moritur interea Georgius Boëmiae Rex, in cuius locum Vuladis-  
laus, filiorum Cazimiri natu maximus postulatur: quem pater confessim  
in Boëmiam misit, eique aduersus Matthiæ Vngarorum Regis, regnum i-  
dem affectantis, exercitum varijs temporibus auxilia misit. Sed & Vngari  
imperij Matthiæ pertæsi, Cazimirum secundogenitum Cazimiri filiū sibi  
Regem petierunt; quem pater quoque magno exercitu, incredibilibusque  
expensis in Vngariam misit: sed Vngari ad primam Matthiæ victoriam ani-  
mo consternati (vt sunt fluxæ fidei) deserto Cazimiro ad Matthiam defece-  
runt. qua ex re pater summum dolorem concepit, ærario suo duobus istis  
Cazimi-  
ri filius  
claret mi-  
raculis.  
filiorum expeditionibus penitus exhausto. Non diu post moritur Cazi-  
mirus filius, iuuenis castissimus, & religiosissimus, non sine celebri sancti-  
moniæ fama, quam complura miracula ad sepulchrum eius edita confir-  
mârunt.

Filios ad  
regna e-  
uexit.

**Anno**  
**1474.**

Matthias collectis copijs in submontanam Poloniæ oram excurrit, mul-  
taque oppida diripuit, atq; incendit: idem in Moldavia Transyluanenses,  
& in Russia Tattari, et si non eadem felicitate, fecerunt. Paulo post induciæ  
simulta-  
tescum  
Vngaro-  
nes triennales inter Vngaros, Polonos, & Boëmos pactæ sunt: sed ex diuturnæ  
non fuerunt, Matthia hostilem animum suum, tam in Polonium, quam in  
Boëmum non immutante. Habebat Cazimirus copiosissimum sub signis  
aduersus Matthiam exercitum, cui suum non minorē iunxit Vuladislaus:  
sed inertia sua nihil laude dignum tantis copijs effecerunt. Induciæ tandem  
triginta mensium iterum constituuntur.

Erat Regi lis maxima cum Tungeno, qui Varmieniem Episcopatum in-  
uito Regi tenebat. hunc & Crucigeros magnis pollicitationibus Matthias  
in Cazimirum incitauit, & iam res ad apertum bellum spectabat, nisi Frederi-  
cicus Imperator Crucigeros à bello terruisset, intercedentibusque Vngaris  
Tungenus Regi reconciliatus, atq; Crucigeri penè inuiti ad pacem reuocati  
essent. Non multos post dies pax quoque inter Polonos, Boëmos & Vnga-  
Polonus  
ros conuenit. Ceterum Ioannes Moschorum Dux, excusso Tattaroru*i* iugo,  
Boëmos  
& Vnga-  
ros.  
Moschus  
bellum  
Lituanis  
infert.

Nouogrodum magnum, totasque postea prouincias Lituanis cùm adime-  
ret, Cazimirus compulsus est cum eodem inducias pacisci, quo tempore  
Stephanum Moldauiq; Palatinum, ferociissimum & acerrimum bellatorem,  
superbumque multorum popolorum & regum victorem, in clientelam  
suam accepit. Moritur paulo post Matthias Vngariae Rex, cuius mors noui  
belli

belli inter fratres, Cazimiri filios, causa fuit: dum Proceres dissidentes, hi Fratres  
Vvladisláum, illi Ioannem Albertum, Cazimiri tertium filium (cuius fa-  
de regno  
Vngarie  
conten-  
tina, ob Táttaros páulo ante cæsos, erat celeberrima) sibi Regem postula-  
rent. Fauit pater Ioanni Alberto; Vvladislao verò Beatrix Regina, vidua dunt.  
Matthiæ, cuius opè is subleuatus, fratrem regno cedere, nequicquam in-  
dignate patre, coëgit. Moritur deinde Cazimirus, Vvladislao primogenito Mors Ca-  
suo ex hæredato, & Cracoviæ sepelitur; postquam regnū annis quadraginta zimiri.  
Anno  
quinque administrasset. Huius res gestas à 22. libro usque ad 30. prosequitur Cro- 1492.  
merus, copiose omnia, quæ nos obiter, commémorans.



AZIMIR O defuncto Proceres Petricoviæ con- Varia stu-  
uentum egerunt, de nouo Rege creando: erant au- dia Polo-  
tem eorum studia varia in Cazimiri filios absentes norum  
partita: quibusdam Sigismundum, alijs Alexan- in nouo  
drum postulantibus. Reginæ tandem matris, & Fre- Rege cre-  
derici Episcopi Cracoviensis, qui filiorum Cazi- ando.  
miri erat natu minimus, ope, vicit eorum senten-  
tia, qui IO ANNEM ALBERTVM Regē cre-  
andum censébant. Electus igitur is & coronatus, in  
maiorem Polonię proficiscitur, ibique légationes Turcarum, pacem pe- Ioannes  
tentium, & Venetorum Regem ad bellum Turicum incitantium audiuit. Albert-  
& licet Regem insitum gloria, regnique propagandi studium, vlciscendiq;  
patruj ad Varnam à Turcis imperfecti cupiditas ad bellum impellebat; rebus coro-  
vatus.

Inducia<sup>e</sup> tamen non dū satis stabilitis, triū annorum inducias cum Turca pactus  
cum Turca. est. Interea cum fratre Vvladislao, Boëmorum & Vngarorum Rege, & cum  
alijs Principibus foedus contra Turcam init. quo tempore Tattari Podoliā  
& Volyniam populantur, & Polonos apud Visnoueciam cedunt. Postquam  
Rex Masouiam, Cirkensem, Varsauensem, vicinasque prouincias aliquot  
Poloniæ adiunxit, validissimum exercitum ex Polonis, Lituanis, Maso-  
uijs, Ruthenis, Pruthenisque & Silesijs cogit, in Turcam (vt fama erat) eum  
Stephanū ducturus. Sed malo vsus consilio, cùm in Moldauiam venisset, leui orto in-  
Molda- ter Regem & Palatinum Stephanum dissidio, Rex hostem se Palatino exhibi-  
uiæ Pala- bet, eum Palatinatu pellere, & Sigismundum fratrem substituere conatur:  
tinum te merè pro Sociauiam metropolim obsidet, summisque viribus diu frustra & non sine  
uocat. suorū incommodo, oppugnat. Sed Vvladislai intercessione pax Stephano  
data est. Ceterū dum Rex redditum in Poloniā parat, Moldauus iurisiu-  
randi immemor, regium exercitū in sylua Bukouina circumuenit, mag-  
naque clade affecit: sed & persequens Regem, Masouiorum exercitum re-  
cens aduenientem concidit. Rex æger leætica, qua vchebatur, non sine peri-  
culo evasit.

Anno 1498. In Poloniā reuersus, ignominie & cladi acceptæ immemor, amoti-  
bus & voluptatibus operam dedit. Interea Stephanus Moldauus bellum  
immerito sibi illatum vlcisci fatagens, cum infesto exercitu Russiam & Po-  
doliam inuasit, ingentiique præda abacta, supra centum millia hominum  
captiua abduxit, ac barbaris vendidit. Idem paulo post fecere Tattari, &  
post illos Turcæ. sed hi cælitus, illi à Rege superueniente repulsi sunt. Anno  
deinde sequenti Lituani foedera antiqua cum Polonis renouârunt, nouaq;  
Pax in- Cazimiri filij, fratres inter se inierunt, redit ad veterem amicitiam Mol-  
ter Prin- dauus, & cum Moscho societas iungitur. Cuius tot Principum confœderationis  
cipes. fama, cùm ad Turcas esset perlata, pacem à Polono petiit: qui propter  
domesticas difficultates, & ærarij inopiam inducias illi quinque annorum  
Iterum inducias cum Turca. indulxit. Tattari dulcedine prædæ illecti, iterum Podoliam & Russiam po-  
pulabantur: contra quos Rex bis profectus, nullam rem memorabilem  
gescit. Sed & Moschus Lituaniā ingressus, aliquot munitiones intercepit.  
Mors Re- Rex dum cum Tattaris Zauolgensibus contra Tauricanos societatem itu-  
gis. git, & aduersus Crucigeros, iusurandum detrectantes, bellum meditatur,  
apoplexia correptus, (cùm ferè nouem annos regnasset, cælebs) vitam fini-  
uit, & Cracoviæ sepultus est: Princeps ingenio magno, litterarum stu-  
diosus, & in milites liberalis. Statura erat proceriore, co-  
lore subfusco, capillo nigro & raro: cuius vitâ Cro-  
merus libro 30. ssuarum Histor. de-  
scribit.

ALE



**A**LEXANDER quartogenitus Cazimiri filius, post Ioannem Albertum (reiectis eorum sententijs, qui Vvladislaum eligendum censebant) Rex Poloniae renunciatus est. Antequam coronaretur, venit legatio Sachmatis, Zauolgensium Tattarorū Principis, opem ex foedere contra Tauricanos petit: quæ audita est, & cum magna spe dimissa, sed dum auxilia tardius mittuntur, Sachmates cœidunt à Tauricanis, & Kiouiam fugiens, Vilnam transmissus est. Coronatur interea Rex à Frederico fratre: sed vxor, eò quod Græcorum schismati dedita esset, coronam non accepit. Post coronationem Rex in Lituaniā redijt, Moschumque, Smolenscum oppugnantem, fugavit, atque ad industias sex annorum com-pulit. Tattari denuò Russiam impunè spoliârunt; qui paulo post iterum à Moldauo (vt creditum est) ad similem expeditionem incitati sunt. Ipse quoque Moldauus immisso in Russiam exercitu, tractum omnem inter Nestrum amnem, & Sarmaticos montes subegit: quem tamen ALEXANDER Rex anno insequenti facili negotio recuperauit, Moldauo grauissimo pedum dolore afflito, ac paulo post moriente: cui Bogdanus filius luscus in dominatu successit. Reuersus in Lituaniā Rex Radomiam Proceres euocauit, quo in conuentu Sachmates auditur: cuius frater Cozacus Soltanus in Scythiam missus est, vt nouas copias

H 3 adduce.

Sachma-  
tes fugit,  
& ex iti-  
nere re-  
trahitur.  
Bogdan⁹  
Molda-  
nuſ regi-  
as nupti-  
as petir,  
sed repul-  
ſam pati-  
tur.  
Pax inter  
Polonū  
& Molda-  
uum.


adduceret: ipse verò Sachmates Trocos remittebatur. ad quem cùm Nogā-  
iensium Tattarorum legatio venisset, nec dimissionem Principis sui impe-  
trare posset, Sachmates fugam adornauit: sed retractus ex itinere, diligen-  
tius deinde afferuatus est.

Misit paulo post Bogdanus Moldauia & Palatinus ad Regem legatos, qui  
Elizabetham Regis sororem sibi vxorem pterent: sed dubio cum responso  
dimissi sunt. Moritur interea mater, & Bogdanus nouam legationem mit-  
tit: ceterum puella se ipsi nupturā negat. Quare offensis Bogdanus, Pocuce  
cum infesto exercitu inuadit, & in potestatem suam redigit. quod tamen  
territorium mox à Polonis recuperatum est, Valachis initio victoribus, sed  
postea victis & trucidatis: quam victoriam pax inter Bogdanum & Regem  
subsecuta est.

Rex Tattaris Tauricanis gratificari volens, Sachmatem (vt petierant)  
ad se Vilnam adductum, violati fœderis damnauit, & Cauunam diligen-  
tius afferuandum misit, ne quicquam deprecantem, & contestantem, ne qua-  
quam placatum iri Lituanis & Polonis sua captiuitate & miseria Mengli-  
gerem, Tauricanorum Principem: nec male diuinavit Sachmates. Tauri-  
cani namque paucis post diebus Podoliam, Russiam & Lituaniam longè  
lateque crudeliter vastarunt, & præter aliam prædam ingentem, ad centum  
millia hominum in barbaricam seruitutem abegerūt. qua præda distracta,  
mox in Lituaniam reuersi, candem fortunam experiri voluerunt: sed à Po-  
lonis & Lituanis, duce Michaële Glinscio Russo repulsi, viginti millia ex  
suis amiserunt. Quæ fama cùm ad Regem decumbentem, & iam animam  
agentem venisset, cum ingenti latitia affecit: cumque voce non posset, sub-  
latis in cælum manibus, tacitus Deo gratias egit, simul & animam exhala-  
uit, quadragesimum sextum annum agens, cùm non totos quinque annos  
regnasset in Polonia. Princeps statura mediocri, facie oblonga, capillo sub-  
nigro, viribus corporis & lacertis validis, sed ingenio hebetiore, atque  
ideo taciturnus. *Eius res gestas vide latius apud Cromerum*

*libro suarum historiarum Polonicarum*  
*tricesimo.*

SIGIS.





SIGISMUNDVS filiorum Cazimiri quīntogeni-

Anno

1506.

Dotes a-

nimi &

virtutes

Sigismu-

di.

tus, post mortem Alexandri fratris communibus Polonorū suffragijs Rex electus est: propter optimam enim eius educationem, propter eximias vir-

tutes, & variarū linguarū peritiam non Polonis tantum, sed exteris etiam nationibus erat charus;

ita ut vidente Alexandro, cùm apud Vuladislau-

viueret, Boëmi & Vngari Sigismundum amplius,

quām ipsum Regem Vuladislauum reueriti sint.

sed & mortuo Vuladislao, vtraq; gens Sigismundum sibi Regem postula-

uit. ne tamen ille suos bellis implicaret, vtrumque regnum honestè recusa-

uit: nec ea tantum, sed & Sueciæ regnum sibi delatum acceptare noluit.

Vngariæ.

Boëmiaæ

& Suctiæ

regna ob-

lata recu-

sat.

Lapsam fere præteritis bellis Remp. Polonam humeris suis erexit, patria latrocinijs purgata, legibus & iudicijs correctis, & ærario nouis thesauris au-  
cto. fortuna belli ab initio illum ad finē vsq; secundo flatu prosecuta est. Tat-  
tarorum tres non contemnendos exercitus, tribus prælijs, duce Constan-  
tino Ostrogo ad internectionē penè cecidit. Ad Visnoueciam eodem duce  
Constantino 24000. Tattarorum, & apud Caniouia 26000. parua manu cæ-  
sa & profligata sunt. Cum Turcis nullum apertum bellum gessit: sed tamen  
aduersus eos, cùm vel è Podolia prædas agerent, vel Valachis opē ferrent, vel  
deniq; Polonus circum Biogradum populabundos insequerentur, Re-  
gis huius auspiciis prosperè dimicatum est. Bis contra eosdem Turcas Ludo-  
uico Regi Vngariæ, & semel Carolo V. Imp. auxilia non contemnenda misit.

Studia in

Remp.

Felicitas

in bellis.

Vala-



Anno  
1509.

Valachia Palatinum fœdisfragum in Russiam excurrentem, eamque ex pugnata Leopoli, & arcे Rohatinia deditio accepta misere spoliantem, missis exercitu superauit. Dorochiniam, Szepanouiciam, Czarnouiciam, Borusaniam, & Chocimiā ditiones munitissimas illi ademit: sex millia Valachorum apud Girodiciam arcem, & mox viginti duo millia apud O. bertinum pagum fudit, Palatinumque ipsum, vna cum proceribus & cuncta nobilitate sua ad solenne iuramentum adegit. Bella cum Crucigeris Prussiensibus varie quidem, sed nunquam nisi prosperè gessit: donec illi infinitis cladibus, inedia, vigilijs, & iugi Polonorum equitum vexatione fracti, & ad paucos redacti, Prussia excessere. Rex vero Alberto Marchioni Brandenburgensi, sororis filio, Ordinis Magistro, ea quæ Crucigeri adhuc possidebant, accepto ab eo iuramento, habituque abiecto, & nomine Magistri in Ducis commutato, perpetuo iure donauit.

Magnus Moschorum Dux Basilius quot excursiones in ditiones Polonicae fecit, tot clades accepit. Inter omnes vero memorabilis est ea pugna ad Borysthensem commissa, in qua quadraginta feremillia Moschorum ceciderunt: quatuor vero millia, cum omnibus exercitus ductoribus, gentisq; senatu capta sunt. Has tantas viatorias clades perpaucæ interpolarunt: quarum una apud Socalum à Tattaris, temeritate Russica; altera apud Sere-thum amnem accepta, quæ ignominiae potius, quam clades dicendæ sunt. Quod magnum Russiæ partem amisit, id Michaëlis Glinscij perfidiæ potius, quam Regini ignauiae imputandum est.

Cum summis Principibus, & orbis Christiani Monarchis pacem & amicitiam coluit. Sigismundum Maximilianus Imperator, post congressum Viennensem, eo honore prosecutus, ea charitate complexus est, ut in loco fratris eum deinceps haberet. Non minorem ei Carolus V. Ferdinandus eius frater, Pontifices Romani, & Galliarum Reges honorem habuerunt. Barbari quoque eum præ ceteris Regibus adeo reueriti sunt, ut Selimus & Solimannus, bellicosissimus & felicissimus Imperator cum Sigismundo perpetuum fœdus percusserit, & religiosè coluerit. Bella non necessaria nunquam suscipere voluit. Ideo Germanis Principibus, affinibus ferè suis auxilia contra Carolum Imperatorem mittere denegauit. Quid ipsum & Ioanni bis affini suo, cum Ferdinando de regno Hungariae dimicanti accidit. A Turcico bello, eò quod non viius Principis esse existimaret, abstinuit. Quare subditi nunquam magis, quam Sigismundo imperante floruerunt. Russia, Prussia, Lituania & Podolia nunquam cultæ magis fuerunt, & frequentioribus colonis habitatae.

Sigismundi magni diuina fides plurimis in locis construxit, & machinis bellicis, alioq; apparatu munitiones omnes instruxit. Diuersorum Principum legationes splendidè atque liberaliter accepit, ac dimisit.

Vxores & liberi. Viores habuit duas, priorem Barbaram, Stephani Scepsiensis Comitis, ac Transylvaniensium Palatini filiam: ex qua Heduuigim filiam suscitauit, quam postea Ioachimo Marchioni Brandenburgensi vxorem dedit. Postiorem Bonam Sphortiam, Mediolanensis Ducis filiam, quam suam Maximiliani duxit. Ex ea filias quatuor, & unum filitium Sigismundum Augustum suscepit. quem decem annorum puerum, consentientibus Polonis, Regem fecit coronari.

Anno 1530. Mors Sigismundi. Moritur deinde Sigismundus annum agens octuagesimum secundum, cum regnum administrasset annis quadraginta uno, & tribus mensibus. Princeps singulari prudentia, iustitia, fortitudine, constantia, temperantia, iniu-

POLONORVM IMAGINES.

65

injuriarum obliuione, & aduersarum rerum tolerantia præditus; ingenio Anno  
acutus, corpore sanus & robustus; adeo ut ferreas equorum soleas interfractas  
frangeret, funes canab eos crassiores rumperet, & lusoriarum chartarum fasciculos disperceret. Eius laudes & res gestas copiosius recenset Cromeris vites.  
38

1548.  
Virtutes  
& corpo-  
ris vites.



*Senex p. 177*



SIGISMUNDVS AVGUSTVS natus anno 1520. diligenter, accuratè & liberaliter educatus est: sed molliuscule, matris amore & indulgentia id flagitante. Præceptores habebat Italos, viros doctissimos, à quibus Italicam & Latinam linguam didicit: his addidit postea Germanicam. Viuo adhuc Patre puer nouenīs, sine magna difficultate regio diadematate insignitus est, atque in studijs liberalibus ita profecit, vt omnium maiorum hac in gloriam superārit. Annos natus 23. Elizabetham Ferdinandi, tunc Regis Rom. filiam Prima duxit vxorem; nec multo post Imperiū in Lituanos suscepit. Inde in Prusiam profectus iura, cāusas & vrbes Prussiae cognouit: ubi à Duce Pomeraniae & Marchione Brandenburgensi magnō cum honore salutatus est. Obierat iam vxor Elizabethā, & alteram sibi imparem, Barbaram, ex familia Secunda Radziuiliorum inuita matre Bona, proceribusque regni reclamantibus, duixerat, quae sub idem tempus quoque absque liberis discessit. Post cuius obitum alteram Ferdinandi Imperatoris filiam Catharinam, foeminam san-  
ctissimam

Corona  
tur Rex.

38  
enligi  
zob

I

Etissimam & laudatissimam, Mantua Ducis viduam, vxorem sibi, interueniente Apostolica dispensatione, sumpsit: quam (cum aliquot annos coniunctissime secum vixissent) repudiauit, & non sine macula sui nominis domum remisit.

Multa præclara pro patria, tam in armis, quam in toga præstitit, & in difficultimo Reip. statu, tumultuantibus vndeque vicinis, Turcis, Valachis, Moschis, Tattaris, Suecis & Germanis, Poloniam egregie defendit. Cum ex cum exte teris Principibus amicitiam coluit: Carolo V. Ferdinando & Maximiliano Imperatoribus perquam charus. Cum Turca pacem perpetiam habuit. Danie ac Suetiæ Reges cruentissimum inter se bellum gerentes per legatos ad concordiam & amicitiam reduxit: Prussia dissidium inter iuniorum & seniorem Ducem sustulit: Gdanensium tumultus sedauit: Crucigeros Liuonienses defectionem molientes in ordinem redegit, & ex Magistro Ducem Curlandie & Semigallie creauit. Accisas Polonici regni opes & vestigalia per superiores Reges suis prouentibus recuperauit, restaurauitque. Lituaniæ, Poloniæ & Prussiam indissolubili amicitiae nodo connexuit, & ex tribus populis vnum fecit. Nunquam Polonia tot doctos, & in omnigenum cor disciplinarum exercitatos habuit, quot regnante hoc Sigismundo, ita ut p[ro]p[ter]a fecit. Italia cum omnibus Muisis huc commigrasse videri posset. quod Reginæ Bonæ Italæ ex parte acceptum ferendum est.

**Anno**  
1558.  
**Bella ab eo gesta.**

Sub hoc Rege Ioannes Basilides Moschouia magnus Dux, juris cuiusdam hereditarij & denegati tributi prætextu, numero cum exercitu in Derptensem Liuoniæ prouinciam excurrit, Derptamque ciuitatem Episcopalem, cum arce primū: inde alias etiam munitiones cepit. Contra hunc Sigismundus conscripto exercitu multis annis vario carente bellum gessit.

Non multos post annos idem Moschouia Dux, cum trecentis millibus armatorum Plescouiam obsedit, expugnauit, incredibileisque inde thesauros cum 80000. captiuis in Moschouiam transportauit. Sigismundus vicissim insignes de Moscho viatorias reportauit. In pugna Neulensi mille & quingenti equites Poloni exercitum Moschicum quadraginta & amplius milium sustinuerunt, trucidarunt, fugaruntque. In Vlensi confictu Duce Nicolao Radziuilio & socijs 25000. armatorum Moschicorum cæsa, fugata, dispersa cum summa laude virtutis Sarmaticæ fuerunt. Moschos paulò post arcem Iezeirisczam obsidentes Stanislaus Pacz exigua cum manu suorum ad internacionem penè deleuit. Quam tamen arcem Moschi resumptis viribus paulò post iterum obsederunt, expugnaruntque. Vlam deinde arcem Moschouia munitissimam, antea frustra obseßam, Romanus Sangscouicius inopinata irruptione cepit, & gnauerit postea defendit. Vielissim quoque eodem anno Poloni intercepserunt: sed cum arx acriter defenseretur, oppidum exusserunt, 300. Moschos occiderunt, amplissimaq; spolia inde auexerunt: Tandem cum multis annis inter Moschum & Polonum nunc hoc, nunc illo victore pugnatum esset, induciæ trium annorum pactæ sunt. Contra Tattaros quoque særissimè Rex Augustus feliciter pugnauit, maximè verò ad Boristhenem, apud Oczakouiam, & ad Tyram fluuium. Atque haec omnia perduces & legatos suos fecit, cum ipse valetudinarius, & laborum impatiens esset, quod vitium ex molliore educatione contraxerat.

**Induciat**  
**Moritur.**  
**Anno**  
1572.  
**Virtutes eius.**

Lento tandem morbo correptus, & viribus omnibus exhaustus, postquam cum patre 43. & post patrem 24. annis regnasset, Knisini, die 7. Iulij ex hac vita, in illam cœlestem emigravit: Rex Catholicæ Religionis obseruans, tissimus, pacificus, humanus, modestus, bona speci nutritor, vigilans, prudens,

dens, iustitiae & æquitatis amans, patiens, frugalis sibi, liberalis alijs: diuersarum linguarum peritus, Musices & Geometriæ studiosus, & diligens naturæ obseruator. qui anno in sequenti magnificentissima cum funeris pompa Cracoviæ sepultus est.



HENRICVS VALESIVS

*Henrici Secundi Gallia Regis filius, postea  
eius nominis Tertius, Galliæ Rex. N. 4.*

DOST vnius anni interregnum, quod fuit tranquillum & pacatum, præterquam quod Tattari Podoli am deuastantes, Duce Buczacio cæsi & fugati sunt, Proceres regni ad comitia venerunt, ut nouum Regem eligerent. Locus constitutus erat campi pâ tens iuxta VVarsouiam, in quo tentorium maximum erat erectum, ubi Ordines coibant. Candidati erât plures, sed in HENRICVM VALESIVM Andia Ducem, Regis Galliæ fratrem, pro quo etiam Turca intercedebat, omnium penè sententiæ propendebant: qui vñus tot vota habuit, quot alij omnes vix simul. Electus itaque est, & Archiepiscopo Gnesnensi proclamante Rex denunciatus.

Anno  
1573. die  
April. 7.

Eligitur  
Gallus.

Concilio non dum dimisso, tabulæ electionis confectæ sunt, & ad eas in Galliam preferendas, salutandumque Regem electum legati missi sunt tredecim; quos omnes cum comitatu 250. nobilium Carolus IX. Parisijs, 14. Calend. Septembris perbenignè & liberaliter exceptit. Omnibus illic rite peractis, Henricus se itineri parat: & 4. Calend. Octob. cum legatis Polonicis Fratre Carolo, Catharina matre, Francisco fratre, & multis Galliæ proceribus

Blamontum proficiscitur. Carolus in itinere morbo correptus, maturius reuersus est: ceteri ad Germaniae limites nouum Electum comitati sunt. In de reuersis etiam alijs, Henricus cum nuncio Apostolico, sexcentis nobilibus Gallis, & legatione Polonica per Hassiam, Saxoniam, Marchionatum Brandenburgensem, in Poloniā peruenit: regali vbiique apparatu exceptus, & deductus. Exceptus est à Polonis tanto gaudio, tanta magnificentia, tantaq; omnium congratulatione, quanta ante eum Rex nullus.

In Poloniā ve-  
nit.

Anno

1574

Inaugu-  
tur & in-  
augura-  
tur.

Poloniā  
occulte  
relinquit

Poloni  
Regē re-  
uocant.  
De nouo  
Rege, eli-  
gendo  
consilia  
incunt.

Decimo octauo die Februarij, anni in sequentis, incredibili cum solennitate Cracouiae Rex vngitur & inaugurator. Paulò post moritur Carolus IX. Galliarum Rex, fratremq; Henricum in extremis successorem declarauit, ad quem mater contestim litteras dedit, vt redditum in Galliam matueret. Anxius erat Henrici animus, & quid ageret dubius. Autum & amplissimum Galliae regnum, sibi hereditarium relinquere nolebat, & quomodo Poloniā simul cum Gallia retinere posset non videbat: sed & cum bona Polonorum venia se regnum hoc deserere, & in Galliam redire posse dubitabat. Conuocat Senatum Cracouensem, exponit fratri mortem, simul & quām necessaria sit Gallis sua præsentia: nihil tamen hac in re statuere se velle sine Procerum sententia simulat; Comitiaque mense Augusto indici cupidit. Interea clam mittit, qui fidem publicam à Maximiliano Imperatore flagitet. Eius redditu non expectato Rex intempesta nocte, omnibus inscijs, porta arcis aperta, paucis comitatus celerrimiis equis Cracouia decepsit, & magnis itineribus Plezinam, Austriae oppidum peruenit. Inde Vienna Venetas profectus, per Allobroges in Galliam peruenit. Poloni indignissimè hunc Regis abitum ferentes, misere, qui ex itinere illum retraherent: sed iam iam in Austriae peruererat, antequam eum assequi potuerunt. Reliquerat Rex Cracouiae diuersas litteras ad Senatum regni, & ad multos Proceres, quibus abitum suum excusabat, & vt in fide permaneant, orabant; breui se in Poloniā reuersurum promittens. Poloni & per litteras, & per legationes eum reuocabant: & nisi ante constitutum tempus rediret, se alium Regem electuros nunciabant. Hæc omnia cùm ipse nihil faceret, sed minas insuper adderet, Poloni subditos sacramento, & fide Henrico missa soluerunt, deque nouo Rege creando consilia captarunt.

STE-





Stephanus  
Vivit Bonum  
Rex magis

STEPHANVS I<sup>o</sup>N. 43<sup>o</sup>

**S**TEPHANVS Rex anno assertæ salutis supra ses. Quo tē-  
quimillesimum trigesimo tertio, V. Calend. Octo-<sup>pore, &</sup>  
bris, sub Ioanne Rēge Vngariæ natus est. Patrem ha-<sup>quibus</sup>  
buit Stephanum Bathōreum, ex nobili Bathoreo-<sup>parentib,</sup>  
rum de Somlio (altera enim est Bathoreorum de Ba-<sup>natus.</sup>  
thor) familia Vngarica, Palatinum Transyluania; matrem vero Catharinam Thelegdiam. Puer opti-<sup>Pueritia.</sup>  
mè & liberaliter educatus, optimarum artium &  
humanitatis studia domi primū attigit: & in ijs <sup>Studia.</sup>  
tantos profectus fecit, vt maximam virtutis & ingenij sui expectationem apud omnes excitaret. Adolescentiam in aula Ferdinandi Imperatoris, <sup>Adoles-</sup>  
eiusdemque Vngariæ Regis, egit: à quo tanto in honore habitus est, vt is Ca-<sup>centia.</sup>  
tharinam filiam suam, quæ Duci Mantuae nupserat, Stephano in Italiam deducendam commiserit. Italicis, Germanicis, & Latini, præter maternum, sermonis expers non fuit. In Vngaricis bellis, quæ inter Ioannem & Ferdinandum Reges geregabantur, talem se præstitit, vt quarumcunque tandem bello ge-<sup>Resin</sup>  
partium esset, hostibus terrori, suis vero admirationi vbiique existeret. Primus in Vngaria carentes globos, nouum incendorum genus, & alijs omnibus præsentius, intenit, instituitque. Quamobrem à Ioanne Transyluaniae besineue-<sup>fta.</sup>  
Principe amatus, & Varadino præfctus est: cuius etiam copias duetauit. Ab codem quoque Ioanne primo ad Ferdinandum & Maximilianum Cæsa-<sup>Canden-</sup>  
res, iterumque ad Maximilianum solum legatus missus est. In secunda lega-<sup>tes glo-</sup>  
tione, ob turbatas, eo absente, conditiones pacis, iussu Cæsaris Viennæ <sup>Legatio</sup>  
<sup>nes, & ca</sup>  
<sup>ptiuas.</sup>

70  
captus, & ultrabiennium sub custodia est detentus. Gasparem Bekescium, Stephani æmulum, huius rei authorem fuisse tradunt. Totum illud cœnitatis tempus optimarum artium studijs, antiquorumque omnis genera authorum lectionibus transmisit.

**Tansyl-  
uanæ  
Princeps  
creatur.** Post mortem Ioannis Principis Transyluanæ Gaspari Bekescio, quem Ioannes sibi successorem destinarat, popularium studijs prælatus, ad honorem eum euocatus est. Bekescium res nouas tentantem eiecit, iterumque à Maximiliano Imperatore Vngaricis copijs adiutum, & in Transyluanam reuertentem fudit, fugauitque.

**Rex Po-  
loniæ cli-  
gitur.** Non multo deinde tempore interiecto, maiorum rerum materiam fortuna struente, ab Ordinibus regni Poloniæ, in duas partes diuisis, alteris Maximilianum Imperatorem eligentibus, ab alteris ipse in regnum vocatus fuit; ea conditione, ut Annam Iagellonicam, Sigismundi Primi filiam vxorem duceret. Maturat Stephanus iter in Poloniam, & aduentus sui celeritate regnum ex incerto certum sibi (moriente paulo post Ratisbonæ, in Comitijs, Imperatore Maximiliano) fecit. Rex iam factus, & coronatus, Torunij prima Comitia habuit, in quibus maximarum discordiarum semina oppressit, Remque publicam ex turbulentissima tranquillissimam reddidit, & præsidium aduersæ partis ex Landskorona deiecit. Mox Gdaniensem erupit tumultus, quem Rex ita pacauit, vt primùm quidem prælio Darsafuiensi Gdanienses fregerit; inde aliquot mensium obsidione presserit, & tandem, intercedentibus aliquot Germaniæ Proceribus, ad officium reuocatum, & sub spe pacis Li-  
voniæ occupat. Anno 1577.  
mense Ia-  
nuario. Moscho-  
bellum inferen-  
dum de-  
cernitur. Polono-  
rum ad Vendam victoria omen belli. Prima ex peditio in Mos- chum. Anno 1579.

uerit. Rex iam ante à Ioanne Basilio, Magno Moschouia Duce pacem peti- erat; quam dum is se daturum simulat, Rege in expeditione Gdaniensi occu- pato, in Liuoniam irruit, & per Magnum, Holsatiæ Ducem, plerasque mu- nitiones & oppida interceptit. Quare videns Rex nullam pacem à Moscho expectandam, Varsauiam Comitia edixit, vt de Moscho bellum inferendo consultaretur. Interim Duneburgum & Venda insignibus strategematisbus à Polonis recipiuntur. In Comitijs bellum Moscho inferendum decretum est: pecunia quoque in usum belli omnibus prouincijs imperata; audit legati; Georgius Fredericus, Marchio Brandenburgensis ad Alberti agnati sui valetudinarij curam admissus; & Pomeraniæ Ducis legati litteras inuesti- turę in Bithouensem Leoburgensemque prouinciam acceperunt. Moschus cum indignis modis legatos Polonorum, trium annorum inducias offerens, à se dimisisset, Vendam frustra aliquamdiu oppugnauit. Magnus Dux pertasus tyrannidis Moschouiticæ, à Duce ad Regem deficit, certisque conditionibus ipse cum omnibus ditionibus suis in fidem receptus est. Rex inducias à Moscho oblatas reiicit, nisi ille tota Liuonia excedat: cum Tattaris autem pacem facit. Quod cum Moschus audisset, intellexissetque magnum belli in se fieri apparatum, legatos suos ad Regem misit; qui cum intolerabili fastu, pro more Tyranni illius, audiri vellent, reieci sunt. Rex autem summa celeritate bellum parans, ad Turcam, omnesque Principes vicinos scribit, causas referens iustissimas, ob quas hoc bellum suscipere co- gatur. Nunciatur sub idem tempus Regi inclita Polonorum de Moschis ad Vendam victoria, in qua totus exercitus Basiliidis fugatus, fususque erat, & capta maiora tormenta plus quam triginta: quam victoram, vt omen totius bellii, Poloni accipiebant.

Magno Duci postquam Rex bellum denunciasset, Vilna Suirum profectus est, ubi de summa belli constituebatur. Quidam Plescouiam, alij, inter quos Rex ipse, Polotiam eundum censebant: sed posterior sententia vicit. Totis viribus Polotiam itum est, & in via Disnæ Milecius, Podoliæ Palati.

Palatinus, qui dux exercitū creatu serat, Regi exercitum ostendit. Moschus suos Plescouiam misit, incertus quid consiliū captaret hostis. In itinere Polonis militantes Kosakki Krasnam & Kozianam arces occupant: Vngari & Lituani Sifnum incendunt. Mox Polotia obsidetur, sapiusque oppugnatur, & tandem obfessi ad deditio nem compulsi sunt. Dum Rex Polotiæ Rem publicam format, Moschi, qui Torouliæ erant, audito Bekescij, quondam Regis æmuli & hostis, nunc à Rege clementissimo in gratiam recepti, aduentu, arcem fugientes deserunt. Sokolam oppugnabat Milecius, eaque tandem potitus est. Moschus audita incredibili Regis in bello hoc felicitate, ad eos, qui Susæ in præsidio erant, scribit, ut corruptis omnibus tormenis, puluere nitrato, & quicquid secum deferre non possent, munitionem deferant: sed Poloni, litteris interceptis, arcem, cum omni apparatu bellico, deditio ne occupârunt. In eadem quoque expeditione Niescerdam Rex Moschis ademit. Instante iam hyeme Rex triumphans cum exercitu Vilnam rediit: inde Grodna Varsauiam profie scitur, Ordinesque ad noua Comitia euocat: vbi debello prosequendo, post multas difficultates, decretum est. Soluto conuentu Rex se rursus in Lituaniam recepit; nouam cogit pecuniam, nouum conscribit exercitum, eumque adulto iam vere, & virentibus campis in expeditionem duxit. Cassnikos ut ventum est, deliberationem habuit, utrum Vielicolukos, an Smolenscum placeret proficisci. Vincente tandem omnium sententia Vielicolukos itum est. Misera tam ante varios iuncios, aut verius exploratores, ad Regem Moschus, aut pacem, aut inducias similate petens, ut hoc modo tempus extraheret. Sed Rex se Moschi artibus circumueniri passus non est. Oscicum quoque quandam subornarat Moschus, qui Regem interficeret: sed detecta proditione Oscicus plectitur. Samoscius per inuias sylvas & paludes breui tempore superatas exercitus partem Velisium duxit, quo post primam oppugnationem deditio potitus est. Post quam victoriam Vsiatæ quoque deditio secuta est. Interea Legati, quos haec tenus Moschus promiserat, in castra venerunt, ijsque inspectantibus Vielicoluki capti, & in potestatem regiam redacti sunt: hominum millibus aliquot, qui obstinatius se defenderant, imperfectis. Hac fama ad præsidiarios vicinarum arcium perlata, Neuelia quoque & Ieserisia in potestatem Regis venerunt. Sub idem tempus Sauolocia capitur. His expeditis Rex in Lituaniam redit, pecuniam nouam colligit, & Rigam certis conditionibus in fidem Regum Poloniæ recipit. Interea Kosakki Moschium populantur: Philo Kmita Chelmam, & Sibricus Voroneciam capit.

Aduentante vere nouo, & per hyemem omnibus, quæ ad bellum nouum essent necessaria, paratis, consultur Nouogardiam magnam, an Derpatum, an verò Plescouiam eundum esset. Moschus per legatos suos clam edoctus de exiguis Polonorum copijs, acerbissimas litteras ad Regem mittit: omnia reuocans, quæ in pacis conditionibus antea obtulerat. Rex acceptis litteris, legatos, postquam increpasset, à se dimisit, Moscho aculeatis litteris ad omnia respondet, eumque ad singulare certamen prouocat: Christophorum Radeuilium ad Borysthenem cum exercitu mittit, ut eam orā depopuletur: ipse, creato prius perpetuo & generali exercitū duce Samoscio Archicancellario, cum exercitu Plescouiam magnis itinerum difficultatibus peruenit, eamque obsedit; postquam in itinere Ostrouiam prius deditio ne accepisset. Dum in oppugnanda Plescouia Rex totus est, Suecus Naruam, aliaque non innulla oppidula & arces Liuoniæ Moscho admet: quæ res postea magnæ simultatis inter Polonum & Suecum seminarium fuit. Misera tam ante Moschus Romam ad Summum Pontificem

Rex triū  
phas Vil-  
i redit.

Secunda  
expeditio  
in Mol-  
chum.

Anno  
1580.

Tertia in  
Moschū  
expedi-  
tio.

Anno  
1581.

Moschus  
ad Rom.

Pontificē legatos, petens, qui Polonum ad æquas pácis conditiones mortarentur.  
 legatos  
mittit.

Legatio data est Posseuino, Societatis Iesu Théologo, is ad Regem in castra  
 venit, atque inde ad Moschum proficiscitur. Protrahebatur adhuc obsidio  
 Plescouiensis, idque iniquissimo anni tempore; militibus frustra frementi-  
 bus fréndentibusque. Rex enim extrema periclitari, quām obsidionem fol-  
 Pax inter uere decreuerat. Interea veniunt litteræ Posseuini: locus tractandæ pacis  
 Polonus assignatur, publicæ fidei litteræ mittuntur, Legati vtrinque contueniunt,  
 & Mos-  
 chos,  
 Anno  
 1582.dic  
 15. Ianu.  
 descripti.

pax tandem ijs conditionibus coalescit, vt Liuoniam omnem, Ducatum  
 Polotensem, & agrum Velisiensem amplissimum Moschus Polono cedat.  
 Quam pacis ventilationem Posseuinus ipse in sua Moschouia exactissimè

Regis post pacē rum spatio, maxima cum sanguinis & laboris profusione regno ademe-  
 rata. indictis Comitijs Reipublicæ faciem reformare voluit: sed hic maiore  
 contradictionem reperit, quām pro suis meritis expectārat. In Liuoniam  
 tamen proficiscitur, ibidemque stabilem Reipublicæ formam restituit, &  
 Catholicam Religionem Rigæ, alijsque in locis restaurauit; vestigalia au-  
 xit; Gdanenses & Rigenses ad pendendum portorium adduxit; Machmetē  
 primum, deinde Aschlan Tattaros regno imminentes terruit, & ad mitten-  
 dam legationem adegit. Podoliamque, eorum armis obnoxiam, pacauit.  
 Arces multas in Lithuania & Liuonia restituit; Cracoviæ, Vilnae, Lublini, Po-  
 lotiæ, Claudiopoli, Societatis Iesu templa & Gymnasia partim fundauit,  
 partim locupletauit. Rigenses pernicioſas res molientes in ordinem rede-  
 git; à Sueco per legationem Naruam, aliaque Liuoniæ oppida & arces repe-  
 tit; Ianculam Valachia eiecit, captumque supremo supplicio affecit. In Sbo-  
 rouiorum Procerum (qui contra Regem & Rempublicam clam conspirâ-  
 rant, eorum machinationibus à scriba ipsorum detectis) familiam animad-  
 uertit: Samuelēm Hussaris à Samoscio captum, capite truncari iussit: Chri-  
 stophorum, Andream, & Ioannem ad Comitia citauit, qui duo posteriores  
 se in Comitijs purgârunt: Christophorus verò sempiterna infamia nota-  
 tus, & nomē eius publicis tabulis erasum est. Rex autem ob supplicium à Sa-  
 muele extra regni Comitia sumptum, quorundam Nobilium, causantium  
 hac re priuilegia sua imminuta, odium incurrit: sed is illud forti animo  
 contempnit. Tandem cùm ex venationibus Grodnam reuerfus esset, atque  
 ann. 1586. ex magnis illarum regionum frigoribus morbum contraxisset, paucis post  
 Idib. De- cemb. diebus obiit: Rex longiori vita dignus, pius, sapiens, amans Reipublicæ, li-  
 beralis, iustus, fortis, mansuetus, frugalis, temperans, & comis: quæ omnes  
 virtutes in eo relucebant: in quo quum quām plurima laudari, tum quām  
 paucissima reprehendi potuerunt. *Eius vitam & res gestas Reinoldus  
 Heidensteinius totis sex libris de bello Moschouitico, & Chri-  
 stophorus Verseuicius in oratione funebri latius  
 prosequuti sunt.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Typis Godefridi Kempensis: Anno Reparatae Salutis  
humanae M. D. XCIII. Mense  
Martio.



1583  
1586

Stephanus Rex

42 królow  
Panowanie

6 Bratwrig

49 ruz z Soniatoské

byte królów polskich

Lemnus

Stephanus

Stephanus. Re

1648. Post uirtutem Olavus suu quatuor annis  
qui se est Meliori nominabat. Tunc tamen, <sup>Carlo</sup>  
de Fleetmanus ubi campachi plo anno ab Regis  
officium et exercitu mitemurano deponit, et regno

1649 rebelavit et cursum anno subsequenti uos Regis  
tu mostrop magna clade conicit. Uno exercitu sub  
Uilance dissimilia multo ppter primi pnt et quippe datus  
in astri. Deinde uis Libanow detulit. Pro Regis oppo  
sitione libimuribz ipsius iudicio datus erexit.  
Uter ad exercitus in Libanow obfuit dimidia ipso  
parte de hinc ad obfudione liberatus est. Intrae turpos eu  
~~obfusum~~ scit uero illo latrone fuit  
Sub fine anni. Comita colliguntur. Peracti Comitijs

Similis expletus est ipm Secrete, ubi plurimus exercitus Rosia ad multo  
Alio complicitus confluxit. Int Regis exercitu ex germanis alio  
exerto. In quoque Kosacy subducia fabebant a Stylii quibusque  
Haec virat ad magno horum exercitu, et Tarras aliquo d'inde. Pre-  
lium ad flumen Rosia no paul ab oppido Bore Boresecus copiis  
se et quinque dies duravit. Et noster Palladinet viriliter  
Rebit, cui parvum, et leviter multis non rati reportauit.  
Remissus nos adiuvarit. Tandem et Kosacy et Cossimili ad Stylii multis  
and plegatis formatis amissis fugivit. Losset Comitis ad concordia  
et Comitis apparet, felix Concordiam finit. Et quod prolio magnis Rosian  
ministris intermixt, multi Styli Robhiores acq. it nra rati pcam et plurimi  
Cossimili perirent. Et in rebus Wisniewicini uia mortuus, viuant dux.

Hebrealem vel Chrysostomam. Dicitur. Et in predictis 3  
ad oblationem. 3. 3. 3. 3. 3. 3.

43



43

L-16  
2-32



44  
BN 332884-10

XVI L-16  
2-16 2-32

R-16  
2-50

44

Restaurav G. Smalukiene 2004m.

